48212/c

9412

COMMENTATIO
DE
CVBILIBVS SEDILIBVSQVE
VSVI
OBSTETRICIO
INSERVIENTIBVS.

AVCTORE
G. CH. SIEBOLD
MED. DOCT.



Ad arcam Sepulchr. antiq. ap. Casp. Bartholin. fec. Schwenterley

QUEM TU, MELPOMENE, SEMEL
NASCENTEM PLACIDO LUMINE VIDERIS! *Horat. Lib. 4 Od. 3. v. 2*

CVM FIGVRIS AERI INCISIS.

GOTTINGAE
TYPIS JOANN. CHRISTIAN. DIETERICH.
MDCCXC.

49412

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

CAROLO CASPARO SIEBOLD

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORI

ANATOMIAE CHIRVRGIAE ARTIS OBSTETRICIAE

PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO

REVERENDISSIMI AC CELSISSIMI S. R. I. PRINCIPIS EPISCOPI BAMBERG.

ET WIRCEBVRG. FRANC. ORIENT. DVCIS

CONSILIARIO AVLICO ET ARCHIATRO

SOCIETATIS REGIAE CHIRVRGIAE PARISINAE ALIARVMQVE SOCIETATVM MEMBRO

NOSOCOMII JVLIAEI CHIRVRGO PRIMARIO

VIRO

IN RE CHIRVRGICA

DEXTERRIMO INTREPIDO FELICISSIMO

P A R E N T I

OPTIMO INDVLGENTISSIMO

PROSPERITATIS

QVAE VNQVAM IN ME REDVNDAVIT

A V C T O R I T V T O R I P R O M O T O R I

SPECIMEN HOC INAVGVRALE

IN

SEMPITERNAM PIETATIS ANIMIQVE GRATI MEMORIAM

D. D. D.

MORIGERRIMVS FILIVS

G. CH. SIEBOLD.

Si quid honorifici ineſt iis moribus, quibus tutelares genios noſtris praefigimus libellis, iisque iuuenilibus et academicis, ita vt non tam referat, qualia ſint iſthaec, quae aliis ſacra eſſe nobiscum conſtituimus, neque qui et quibus, verum quibus Prima, *quid iniquius patrarem occaſionem diſſimulaturus, qua video gratiſſimi mei, quo feror in TE,* Amantiſſime mi Pater, *animi teſtificationem publice declarandi locum impertiri exoptatiſſimum aeque ac -- conuenientiſſimum?*

Rapi nimirum non trahi animum meum perſentio, vt iis publico coram ſatisfaciam, quae alias clam in paternum TVVM ſinum totiesque effudi.

Neque alia eſſe poſſe, quae vel in publicum proferre ſuſtinemus, niſi quae pectora vehementer concutiant fortiterque impellant, facilem habebunt aequi aeſtimatorem quemlibet.

Habet equidem genitorem ſuum quiuis, at nutritorem alium ſaepius, alium ſtudiorum ſuorum ſuſtentatorem atque promotorem. TV vero, Amantiſſime mi Pater, *quum TIBI propoſuiſſe videaris filium, quem ſuſtuliſti, talem, qualis eſſe debeat liber atque ingenuus* *) *non ſeruilis, munera TIBI vltro impoſuiſti, quae curas ſingulorum explere poterant, iisque tanta cum propoſiti TVI tenacitate praefuiſti, vt quem in TE magis aut parentem optimum, aut praeceptorem manſuetiſſimum, aut benefactorem liberaliſſimum expertus ſim et experiri contingat indies, anceps haeream.*

Quanto-

*) "*Ne quis ſeruus neue ſua foemina artem medicinam diſcito*" iam lege Attica cautum erat. Cf. Samuel Petit in *leg. Attic. commentar.* Lib. III. Tit. VIII.

Quantopere autem me, Parens Optime, *filium deuinxeris TVVM in memoriam ad reuocandum facile eſſet, dummodo enumerare ſuſciperem ſigillatim iſta beneficia, quae TV in me congeſſiſti -- cedo perfudiſti.*

At vndenam incipiam? cum ortu incipere deberem, nec finem inuenirem, qui vitae nondum inueni.


Vnum tamen eſt, quod prae aliis eminet et quod par ſui beneficium non habet. Nimirum quum vitae noſtrae ratio ad artis amplitudinem non eadem ſit, eaque iſthac ſuperior longe, maximeque intereſſe, vt quod per breue ſpatium emetiendum iter fructuoſum maxime percurratur, nec ire redireque, diſcere atque dediſcere oporteat, quae didiciſſe nunquam conſultius fuiſſet, eminus animaduertiſſes; me loco commiſiſti, (Georgiam Auguſtam mihi volo, iſtam praeclaram ingeniorum animorumque fictricem,) exemplis non minus quam ſcientia, vt ex Tullii *verbis diuinemus, inſtructiſſimo, noſtrique aeui Athenaeo, quo iſtud*

idem


idem iter, quod percurrendum nobis ſumimus, in breuiora ſpatia fructuoſiusque vna perficitur ita, vt alibi nuspiam loci.

Vt etenim nil dicam de iis, qui in hoc loco illuſtriſſimo de me ob diſciplinas ab arte remotiores optime promeruerunt, praeceptoribus atque amicis; volupe ſit, excitaſſe TIBI colendiſſima virorum praeſtantiſſimorum, meus erga quos feruet amor atque exaeſtuat reddendi officii cupido, nomina, quorum doctrinam lucri feciſſe gloriari liceat: J. F. Blumenbachii, J. H. Fischeri, J. F. Gmelini, G. Ch. Lichtenbergii, J. A. Murrayi, *Prorectoris nunc Academiae Magnifici*, J. Dav. Reussii, A. G. Richteri *TVI priſci atque veteris amici*, J. F. Stromeyeri, H. A. Wrisbergii *p. t. decani ordinis Medici ſpectatiſſimi.*

Iuuabit quoque, ne oculis meis ſubterfugiſſe TIBI videar illud, ex quo vera TVI in me amoris aeſtimatio potiſſimum perpendi debeat; tetigiſſe eas ſiue difficultates, ſiue anfractuoſitates; ſiue totidem ſalebras totidemque ſcopulos, ceſpitesque ſpinasque,



Siebold Comm. Vol. 1.
Zimer d. Riep. sc.



naſque, quae TV non euitaſti ſolum atque declinaſti, verum etiam profligaſti atque ſuperaſti conſtantia equidem ab ea non abſimili, quali aſſueſcere animus TVVS inter cruentae artis exercitia pridem didicit.

Peruellem itaque, vt poſſem TIBI reddere ea ipſa quidem beneficia, quae TV in me cumulaſti, foenore, quo recepi abs TE eadem; neque bono proboque filio aliter ſentiendum eſſe exiſtimans: ſe non cum proprio, verum parentum peculio mercaturam facere TVA agnoſco non mea, quae in felicitatem meam aut redierunt, aut redibunt vnquam.

TIBI itaque ſacros iure expoſcis et hos, quos in exarando hoc ſpecimine vtut exiguo, poſui labores, ad quod aggrediendum ſanguinea me compulit artis, quam vterque amplectimur, cognatio. Ab iis autem me remotiſſimum habeo, vt me impraeſentiarum vel particulam aliquam TVI in me amoris detraxiſſe auſim affirmare: virum me eſſe, non iuuenem; virilia

 dixiſſe

dixiſſe aut inueniſſe oportuerit, ſi ex aſſe TIBI ſatisfacturus eſſem; patri non ſolum verum et iudici talia offerri non immemor.

Id tantummodo mihi gloriae aeque ac officio duco, me occaſionem aliquam denuo recuperaſſe, redintegrandi meos in TE gratitudinis pietatisque ſenſus.

Reiteraui itaque non extinxi pietatis meae TIBI perſolvendae feruorem, quo maior meo poterit eſſe filii nullius: palam dixi, quae remotis arbitris alias in gremium TVVM depoſui.

Vale itaque Parens, quo meliorem inuenire poterat filius nullum, meque TVO, qui parem ſibi non habet, amore in priſtinum fouere non deſiſte.

LECTVRO

LECTVRO AVCTOR.

Quum abſoluto, vt fas eſt, academico curriculo, et exantlatis examinibus, me, vt cathedram aſcenderem, capeſſendae M. D. dignitatis ergo, promeritum iudicaret *Ordo Medicus Gottingenſis* ſplendidiſſimus, inſtitutique ratio poſtularet, vt vbi per gradus, pedetentim non raptim, id quod hac in re ſummum aeſtimari conſueuit, attingeretur, de pertractanda quadam diſſertationis, tamquam praecurſorii ſpeciminis, materia cogitarem, generis equidem electio difficilis non fuit. Siquidem ea mihi data fuit opportunitas, vt artis me obſtetriciae non literis ſolum, verum ipſiusmet exercitio per trium annorum et quod hos ſuperat ſpatium, tradere potuerim tradiderimque continuo, hincque neque diurnis neque nocturnis laboribus deficere oportuerit diſcendi cupidum; natus eſt ſingularis amor in artem, cuius profectus euidentiſſimos haud non poteram experiri, quamque amplecti, quacum prodeſſe ciuibus, per id quod mihi reliquum vitae temporis ſit, mecum conſtitui quam lubentiſſime. Contigit quippe mihi numerus partuum et obſeruandorum et adminiſtrandorum tum in *Noſocomio Obſtetricio Regio* potiſſimum, tum in priuata, quae ruri imprimis ſeſe obtulerat, praxi Directoris Noſocomii eiusdem J. H. Fischeri, Viri illuſtris, quorum hic mihi curam beneuole credidit, profecto non exiguus, et quorum plurimas hiſtorias in ſchedas retuli. Quare conſilium cepi, de partuum naturalium difficilium therapia pro ipſorum varietate varia ſcribendi, quorum aliqua fundamenta iacta videram iam pridem a celeberr. Hafnienſi Obſtetricatore Saxtorph a)

 et

a) *Erfaringar* etc. *Soröe* 1761. 8. Germanice: *Erfahrungen die vollſtändige Geburt betreffend, ſo auf dem K. freyen Geburtshauſe zu Kopenhagen angeſtellt worden.* Kopenh. 1766. 8. et in diſſ. *de diuerſo partu* etc. Hafniae 1771. 8. ab initio.

et quorum delineationem egregiam nuper exhibuit Profeſſor artis obſt. Ticinenſis cl. Nessy b). Quum vero de ſitu hic pro ipſo partu vario, nec non de variis ad leuandos puerperae nixus excogitatis cubilibus ſedilibusque agere haud incongruum fore videretur, tandem eo vsque mecum conueni, quod iam vel horum rita pertractatio adimplendis iis, quae ex lege petebantur ſufficere poſſet. Itaque ad laborem propoſitum illico me accinxi, quem exoptatum quoque intelligeram paſſim a viris doctiſſimis, imo publice ſignificatum ab anonymo editore eorum c), quae medici argumenti promptuario Hannoverano inſerta exſtant.

Inciderunt autem in ea tempora, quibus laborem meum ad finem perduxeram nondum, nec potueram, rerum delineandarum atque inſculpendarum neceſſitate inducta, quae moram continuo augebant, mutui amplexus dilectiſſimi mihi parentis in hac Muſarum ſede illuſtriſſima, cuius videndae cupidine a multo abhinc tempore arſit, et in qua filius ego profeci plurimum; et inciderunt in eadem tempora feſta annua Semiſaecularia *Georgiae Auguſtae*, actis publicis celebranda. Neque deerant tum, quibus pileus imponeretur. Quare quum tum, quo paternum animum gratulabundus ego gaudioque perculſus, afficerem, non haberem; ad ordinis me praeſidem conuerti eumque rogaui: velletne rem differendam ita permittere, vt ſuper maiorem, praepoſito diſſertationis titulo, theſium numerum diſputarem, et peracta diſputatione in cenſum me referre eorum, quos, feſtis inſtantibus, honoribus academicis condecorandos decreuerint, commilitones praenobiliſſimos; ſancte promiſſione adiecta, me e loco non diſceſſurum ante, quam legibus omnimode obtemperaſſem. — Et indulſit ille annuitque.

Poſteaquam vero iis, quae efflagitaui, ſatis videbam factum eſſe, mox ad coeptum laborem redii et, ſtudio veteri nouo addito, ad finem properanti promiſſis ſtandum erat. At recenti cura habita ea ſeſe rerum meſſis offerebat, vt quae leuiora ab initio paucisque expedienda paginis videbantur, vel ipſius diſſertationis limitem ſuperare minita-

b) *Arte oſtetricia teorico pratica.* In Venez. 1784. 8. p. 62. 63.

c) *Sammlung medic. chirurgiſcher Original-Abhandl. aus dem Hannövriſchen Magaz.* 1. *Th.* Hannover 1786. 8. p. 344. not. **)

minitarentur — imo reapſe excederent. Quare, qualis mihi inſtituti ratio fuerit, paucis declarandum videtur.

Totum in tres faſces, faſciculosue diſtributum eſt, quorum primus et fere maximus ſectiones binas priores, i. e. Generalia de ſitu, Cubilium Sediliumque hiſtoriam et diuiſionem continet. Et his quidem ſatisfeciſſe mihi videbar iis, quibus ex lege obtemperandum erat. Alter ipſas ſedilium cubiliumque deſcriptiones et diiudicationes complectitur, nec non de iis quaedam innuit, qualis circa eadem magiſtratus cura ſit et eſſe debeat. Tertius a binis prioribus ſeorſim habetur, et accuratiores deſcriptiones cum adiectis imaginibus ſiſtit.

At priori ſectione, Generalia ſitus exhibente, me vtique ſuperſedere potuiſſe erunt fortaſſe, qui regerant, quum iam de iis peculiari commentatione egerit b. J. G. Günz, vir, cui elegantiam cum ingenii acumine coniungere ceſſit feliciter. Et his ipſis quidem aſſentirem facile, niſi quasdam, quas propoſui ſitus proprietates a viro cl. praeteruiſae eſſent, aut niſi, comparatione inſtituta, pro meo ſcopo mihi dixiſſe determinatius et ordinatius viderer, quae, longe alio dicta ordine, apud virum cl. reperire ſunt. Inane autem iudicium putaui omne: niſi vel ipſius partus idea, et foeminae natura continuo ob oculos verſetur, aut quod his ex fontibus non petatur.

Vix non putamus monitu egere, argumentum nos pertractandum ſumſiſſe haud ſatis graue vlliusque non diſquiſitionis dignum! Quum enim iam dudum aliquis, Poissonierius de Perrieres *d*) de vario calceorum calceamentorumque genere ſcripſerit, neque horum accuratiorem cenſuram adeo non ab omni alienam ſcientifica perveſtigatione putarit b. Camperus *e*) lugubri fato ſcientiis haud pridem ereptus, vt ipſum acutiſſime inquirere in eadem non faſtidiret; et nupere ſuper thoracularum agendi modo et naſcendis inde natisue incommodis commodisue dicta ſint egregia a phyſiologo eximio, Cl. Sömmerringio; quae veluti ad ſutrinum aut ſartorium genus referas, me ab iis ſimilibusque his obiurgationibus defenſum puto abunde. Siquidem, vbi tantorum nominum viri de iis dicere non recuſa-

d) *Memoires de l'Acad. Royal de Dijon.* Vol. I.

e) Campers *kleine Schriften, aus d. deutſchen überſetzt v.* Herbell. I. B. 2. St.

recuſarint, quibus greſſus fieri meliores et hominum formas a naturali pulcritudine deflectentes honeſtius in ſocietate circumferri putant, et ego ſuper talia diſſerere ſuſceperim, quibus inſidentes aut recumbentes reipublicae matres viſae ſint aut ardue aut deterius peperiſſe, et quibus facilius innociueque poſſint. Accedit his quod incuria eorum, quibus publica ciuium ſalus commiſſa, circa ſubſtituendas emendatiores veteribus imo vetuſtiſſimis, machinas adhuc tanta ſit, vt ni certa eius teſtimonia extarent, fere fidem ſuperaret. Ita in cuiusdam Germaniae prouinciae medicarum ordinationum renouatione ab a. 1786. Voelteri libellus "credulus, neque a veterum praeiudiciis adeo liber," vt Halleri de ipſo iudicium meum faciam, "qui omnem perperam ſe „offerentem foetum iubeat in caput dirigere!" tamquam vitae dux artisque, obſtetricibus commendatur. Et ſellam viri eiusdem in eadem vulgarem eſſe, vir bonus patriaeque cupiens bene, dolenter! cum publico communicauit. Atque ipſi quidam rei obſtetricariae antiſtites et alias de artis incremento bene meriti, quos ad correctiora artis praecepta ſentire ſperes, praeconceptis opinionibus adeo non immunes ſunt, vt aliquis eorum elegantem machinam inueniſſe ſibi viſus ſit, quam vbi exuas, Rhodionis aut Ruffii ſellam dicas non niſi ad recentiorum guſtum exſculptam — certo ipſis vitioſiſſimis haud meliorem! Neque perſpici prorſus rationes poſſunt, quae mouerint alium, vt rudiſſimae conſtructionis ſedili, fulcro dorſali prorſus immobili erectiſſimoque, quam proprium inuentum iactabat, in noſocomio, cui praeeſt, et in quo caeterum multa non illaudabilia adornauit nec incongrua, parturientes inſidere praecipiat non ſolum, quorum partus dirigit, verum etiam regionis finitimae obſtetricibus, vt ſibi comparent eiusmodi machinas, quas dicas tormentis ſimiliores eſſe, auctor fuerit ſuaſorque; ſpecie quidem, i. e. ſimplicitate, nec non pretii vilitate commendabiles, re autem atque effectu triſtes atque fatales.

Neque ſperamus, fore, vt prorſus diſpliceat ratio, quam in ipſo hoc argumento pertractando iniuimus, quacum nobis aut inuentionis hiſtoricum ſpecimen aut rei inſtrumentariae obſtetriciae ſupplementum voluimus, ita vt omnia hic aut delineata aut deſcripta reperies, quae videntur vnquam hac in re geſta fuiſſe, ſaltim quae pro viribus colligi poterant. Ordine potius, diuiſione et diiudicatione arridere legentibus propoſuimus, quam inuentorum nouitate aut proprie-

tate.

tate. Neque abfuimus, quin induci poſſe crederemus rerum aequum iudicem quemlibet, eiusmodi inuentionis integram hiſtoriam vtilitate ſua deſtitui magis, ac nouarum machinarum continua et ingenioſiſſima figmenta. Namque ſi quid recte video, in his adumbrationibus ſingularum paſſim reperiuntur et ex antiquiſſimis machinis cum felicitate petuntur, quae fruſtra in nouiſſimis quaeras; et quae cum vtilitate in eam transferes, quae mente tantum perfectiſſima concipi queat. Exempla in promptu ſunt: Fulcrum dorſale ſedilis Vӧlteri non niſi ad dimidiam partem mobile, et quam mobilitatem nuper aliquis praeteruidit, fors cum vtilitate at alio, quem inuentor intenderat, ſcopo in ſellam mobili fulcro inſtructam transferenda eſſet, vt habeatur ſella ad modum lecti Mekeliani duplici pluteo inſtructa. — Augustana obſtetrix ſcite pedibus auxiliatricibus ſellam ſuam, reliquum vitioſiſſimam inſtruxit, idque ingenioſe adeo praeſtitit, vt mirum ſit, quod ipſi in alias caeterum multo praeſtantiores et recentiores ſellas non tranſierint. Locomotiuitas anſarum praeteruiſa eſt in recentiſſima tempora. Quis ante Solingium ſellam obſtetriciam in lectum transmutandam expleuit felicius; et quis ipſum ſecutus viri complementum recentiori addidit — ne dicam cum elegantia perfecit! Vt taceam alia, quae ſuo loco quaeque illuceant.

Quamobrem haud reformidamus, adeo iniquos fore cenſores, ſi ea, quae modo animaduertimus, in mentem ſibi reuocarint, adeoque nos degeneris animi ingeniique exiſtimantes, vt inſtrumentorum nos machinarumque libidine, qua in alia gente cum detrimento neglectisque aliis iisque grauioribus momentis, pruriunt, raptos fuiſſe aut penitus immergi, ſibi perſuadeant — quum potius et artis et ſcientiae fundamenta ab aſſidua pone lectos aegrorum conuerſatione, ab obſeruatione et meditatione continua, ab ingenii iudiciique recto vſu, quam inſtrumentorum auiditate, quorum adhibendorum aut nimiam eſſe et intempeſtiuam ſaepe facile largimur, et quae absque iſtis mortua ſunt, dependeant. Qua de re nos aliter ſiue ſentire ſiue in ipſa procedere praeceptorum eorum, qui me ad aegrorum lectos comitem habuerunt, et quos habuiſſe me duces gaudeo, puto fugere neminem. Aſt aliorum dubitationibus et alio modo, et tempore alio, obuiam ire non abhorremus, vt, ſi quando tempora ita ferant, ſpecimina demus cupientibus, demonſtratura, nos in eodem loco, vbi ligno atque ferro vti dicimus

dicimus, et aegrorum curas, qui nos pharmaco velint, edoctos fuiſſe. — Nae tamen iſta, quibus vnquam calamum admouebimus, ex officio quidem magis et artem, cui viuimus cuique eſſe totum cupimus, amplificandi qualicunque modo intaminato feruore; quam praematura ſcribendi laſciuia orta videantur.

Et his quidem obuiam aliquo modo iuiſſe me arbitror curioſitati virorum doctorum, quibus vberior huius argumenti pertractatio inter deſiderata artis repoſita videbatur.

Proin et alio modo prodeſſe et ita quidem nobiscum conſtituimus, vt quae vberius dicta hic videantur, in libellum redigamus mole minorem, patrioque conſcriptum ſermone, et quod populari vſui inſeruire poſſit commode. Quod quidem ſperamus euenturum aliquanto perfectius, quo magis, praeuio hoc conamine agilitatem quamdam nacti, proximum ſuſtinebimus.

EXPLICATIO

EXPLICATIO FIGVRARVM

TABVLAE ADIECTAE.

Fig. 1. Aberrationem axis ſiſtit vteri *c. d.* ab axi *a. b.* peluis, quae in compage muliebri ſimul diagonalis virium muſculorum abdominalium et diaphragmatis, et quae ſupra, muſculos dictos, vbi conincidunt, ad anteriora *g.* perforat, infra autem oſſis coccygis apicem in *i.* contingit.

Fig. 2. Vteri, vtique paullo ad anteriora propendentis, circumferentiam cum adhaerente inferius vagina, denotat; et ortum diagonalis ſupra dictae ex directione virium *e. f.* = *h. g.* muſculorum abdominalium et *f. h.* = *e. g.* diaphragmatis, quorum huius vires iſtas ſuperant, luculentius ob oculos ponit.

Fig. 3. Diagonalem dictam *a. b.* Fig. 1. et 2. cum axi vteri conincidentem et congruentem potius in curuam abire oſtendit, ex viribus muſculorum abdominalium, quae lineis horizontalibus indigitantur continuo decreſcentibus βι, πκ, ολ, ρμ, i. e. foetum continuo in minori plaga ferentibus, ortam, et iis, quae diaphragmatis ſunt, continuo ſibi aequalibus ιπ, κο, λρ, μδ. De quibus cf. § 20. in not. *ſ.*

C *Fig.*

Fig. 4. Ad rationes mutationum peluis parturientis ſitum lateralem ad normam obſtetricatorum Anglicorum tenentis ſuo loco (§ 43) illuſtrandas facit, comparate ad peluim mulieris ſecundum praecepta *Obſtetricatorum Galliae* potius ſubſidentis. Vt prono et veluti ad anteriora incuruato corpore equidem augeri diſtantiam oſſis ſacri ab inferiore margine ſymphyſeos oſſium pubis, inferioremque hinc peluis aperturam ampliari; diſtantiam vero *marginis ſuperioris* ſymphyſeos eiusdem a proëminentia *d.* vertebrae vltimae et oſſis ſacri ſuperioris partis introrſum minui, et hinc ipſum caput infantis in apertura ſuperiore haerens potius comprimi et in progreſſu ſuo retineri, inde eruatur.

PARS

PARS I.

SECTIO I. ET II.

SECTIO I.

CAP. I.

De ſitus in re obſtetricia dignitate generalia quaedam.

§. I.

Vt proſpere cedat partus negotium, *Situs* a) conſideratio non vltima eſt. Quare etiam haec a celeberrimis in arte magiſtris inter prima b) huius negotii rite adminiſtrandi momenta habetur. Situs autem quantum praeſtat,

facile

a) J. Im. Hornung diſſ. medica *de parturientium ſitu.* Argentorati. 1733. 4. (vix aliquid proprii habet, niſi quod ex aliis congeſſerit; neque hoc multum eſt). Just. Godofr. Günz *de commodo parturientium ſitu;* commentatio medico-chirurgica. Lipſ. 1742. 4. (elegans, ſolida, annotationum, quae huc faciunt, fertiliſſima.)

Situs quoque dignitatem, ita vt de ipſo in operibus ſuis didacticis peculiaribus ſectionibus agerent; bene perſpexerunt:

A. Levret *l'art d. accouchemens.* P. III. Ch. II. Art. I. *Des ſituations differentes, qu'il convient de faire prendre aux femmes en travail.*

Van Hoorn *Siphra och Pua: eller Handbok för Barnmorskor.* XI. Cap. *Om en wändande Stållning.* 1777. Ed. Ribbenii p. 47.

Smellie *Treatiſe on the Theory and Practice of midwifery*, Book II. Chap. II. Sect. I. *of the different poſitions of women in labour.*

Inter recentiores autem eosque Germanos poſt b. Roederer (qui admodum perſpicue et pro Compendii anguſtia ſatis prolixe hanc materiam pertractauit) *Element. art. obſtetric.* ed. Ill. Henr. Aug. Wrisberg. Cap. XII. §. 274-306. et Cap. XVI. §. 391-398. maxime Cl. Stein *theoretiſche Anleit. zur Geburshilfe* Sect. IV. Cap. 8. *von der Lage der Kreiſsenden.* et *praktiſche Anleit.* Sect. I. Cap. VI.

Veterum diuerſas de ſitu opiniones ab Hippocrate inde ad Iac. Guillemeaut (1600.) tempora collegit Corn. Solingen Embryulcia vera Cap. XII. in ipſius *alle medicinale en chirurgicale Werken.* Amſtelaedami 1698. 4.

b) Ita Astruc *l'art d'accoucher réduit a ſes principes.* à Paris. 1766. 8. Cap. VI. p. 58. Smellie, Levret, v. Hoorn, Stein et qui eum ſequutus Cl. Schützercranz loc. citand. J. Ch. Gehler v. cl. *de partus naturalis adminiculis diſſ.* Sect. I. Lipſ. 1772. §. VI. "primum locum obtinere inter ea auxilia „quibus ars ſuccurrere parturientibus poſſit, „ſitum."

facile illucebit perpendenti caſus, quorum ſiue cognitio, ſiue cauſa, ſiue demum medela, potiſſimum in ſitu eſt. — Referri huc poſſunt haemorrhagiae vterinae, obliquitatum vteri, capitis infantis margini oſſium pubis inſiſtentis aliaque, quae ordo docebit, exempla atque teſtimonia grauiſſima. Vaginae parietis anterioris prolapſus detegi in aſſidente et decumbente muliere, quos in ſtante deprehendere non poteram.

§. 2.

Proſpere autem foeminam aut enixam, aut enixuram, tunc dicas, quando non ſolum cum vita tum propria tum infantis *c*) verum quando ita euaſit, vt quam minime potuerit inter ipſum negotium perpeſſa ſit, neue pro inſtantibus futurisque, ſi contigerint, partubus facta ſit ineptior, aut quo ſummatim rem complectamur, vt ad eam ipſam quidem conditionem, quae incolumis illaeſaque prorſus fuit, i. e. primiparae quam proxime iterum accedat.

§. 3.

Verum ex his allatis (§ 2.) patet, eum ſitum *optimum* habendum eſſe, qui huic proſperitati (§ cit.), quam equidem omnes exoptabunt boni, de ciuium vero ſuorum ſalute curioſi maxime Principes, maxime fauet; *bonum*, qui non obſiſtat, *malum*, qui ex parte, *peſſimum*, qui omnibus modis.

§. 4.

Deſumitur autem ſitus diiudicatio ſiue *primum* ex foeminae natura, ſiue ex relatione ipſius ad ipſius partus negotium.

In omni autem ſitu conſideranda veniunt aut corporis foeminae eiusque partium artuumque FIGVRATIO; aut STABILIMENTA, ſiue FVLCIMENTA, vt cum auctore libri loquamur vere *Hippocratici d*), quibus in *data* figuratione continetur.

§. 5.

Situs autem in re obſtetricia ratio habenda eſt vel I^mo^ extra grauiditatis vel II^do^ intra grauiditatis tempus, et tum aut A) citra pariendi terminum aut B) circa eumdem aut C) demum ipſo in partu, et tum a) in partu naturali aut b) praeternaturali (quod ſitus genus apud nos *das Wendungs-Lager* audit, quoque non ſolum ad verſiones inſtituendas, verum ad ipſas quoque forcipis applicationes vulgo vtuntur); quodque ab eo, quod ad naturalem partum inde potiſſi-

c) STEIN v. cl. *theoretiſche Anleit.* § 416. §. 436.

d) HIPPOCRATES *de officina chirurgi* T. I. ed. Ill. AB HALLER p. 459.

potiſſimum differt, quum huius maior ad augendas vires ratio habeatur e). D) Poſt partum. III. In caſu dubio, ſiue grauiditatis ſiue integritatis foeminae?

Etenim haec ipſa non diuerſimode ſolum ſitum immutare valent, verum etiam obſtetricantis et circumſpectionem et electionem exigunt atque determinant f).

Nobis vero de ſitu potiſſimum, qui ad partus negotium, eiusque naturalis agendi animus eſt.

CAP. II.

Situs proprietates generales erutae.

§ 6.

Vbi vero naturam in obſeruando ducem ſequimur, equidem animaduertimus, in primis iſtis initiis, quibus dolores foeminas offendunt, ſenſim ſenſimque eo ipſas adigi, vt quotiescunque ab hac ſenſatione, quae dolor hic ex artis termino dicitur, obruuntur, has locum petere, vbi quietas ſeſe habere et tenere poſſint. Verum quum haec obſeruatio in omnes quascunque parturientes cadat, hanc vocem eſſe naturae exiſtimandum non ſolum, verum magni aeſtimandum eſt; quacum equidem quid ſibi velit, quorſumue tendat, perquirendum eſt ſedulo naturae contemplatori.

§ 7.

Quietam ſe tenere foeminam obſeruatum eſt (§ 6.), veluti omnes reliquas, ſi in idem tempus incidunt, occupationes relinquentem, et hanc vocem vnice ſequi. Quare ex his deſumimus, vt naturam imitemur, et *quietas tum temporis foeminas ſibi relinquamus neque aliis rebus occupatas* g), quae princeps ſit norma

e) STEIN *praktiſche Anleit.* Sect. I. Cap. VI. *von den verſchiedenen Lagen der Gebärenden in widernatürlichen und ſchweren Geburtsfällen.* Quali ſitu opus ſit ad extrahendum a trunco auulſum, inque vtero relictum infantis caput. LEVRET *accouchemens laborieux* P. I. p. 39. et p. 106.

f) *Rien n'eſt plus difficile à determiner que la vrai ſituation, qu'on doit donner aux femmes en Travail. — Il faut reunir beaucoup de connoiſſançe & de ſagacité pour faire un choix iudicieux des ſituations particulierement neceſſaires dans les autres caſes* (que de naturels) *qui ſont en fort grand nombre.* LEVRET *l'art des accouchemens.* l. c. p. 224.

g) Canonem iam HIPPOCRATICA ſententia inuoluit iſthaec: "Oportet (vbi partus dolores maxime vexant) nihil aliud animo verſare.

norma atque regula in ſitu obſeruanda. Cauſſam coniicies: vt veluti colligere ſeſe atque parare ad opus imminens poſſit parturiens.

§. 8.

Dictum eſt: eas locum petere, quo ſeſe tenere atque ſuffulcire poſſint, vidimus nimirum, quae in primis iſtis partus temporibus, ſedentes brachia in genua innitebantur, vidimus, quae dorſo aut ſellae fulcimento aut parieti ſeſe acclinabant quam validiſſime, vidimus, quae in humeros aliarum ſeſe proiiciebant, facie tumidius rubicundiusque tum fiente, inſpiratione magis intenſa et diuturniore. Neque difficile eſt huius phaenomeni cauſſam enodare, quae quidem obſtetriciae arti deditum latere debeat neminem. Nimirum haec ſymptomata effectus ſunt eius doloris, qui in regione vterina obortus, diſſitiores in conſenſum trahit *h*), et ita nunc ſecundario eam alteram functionem reſpirationem puta et quae cum ipſa cohaerent, muſculorum abdominalium et diaphragmatici actionem intendit, quibus foetus expulſio fiat, et quas *vires eſſe ad partum* dicimus. — Ex quibus conficias, partum actionem eſſe aut functionem machinae ex aliis compoſitam.

§. 9.

Sunt etenim hae ipſae *vires* vel *primariae* vel *ſecundariae*, ſiue *proprias* iſtas (vteri) dicas, ſiue *auxiliatrices* has.

Propriae initium faceſſunt negotii, eaeque poſitae ſunt in ipſiſſimis vteri contractionibus. Inſiſto in eiusmodi exempla, quibus hae cognoſcuntur, antequam ſecundo loco dictarum ne ſignum quidem adſit, ita vel nobis ipſis quidem contigit non vna, vt foeminis parturientibus praediceremus, ipſas doloribus aut corripi aut mox, fore, vt corripiantur, licet nil adhuc exinde ſentirent; certiores autem reddebamur vterini orificii contractione, dilatationeque mutua. Aliud vero argumentum illudque ad probandam vim vteri, ab aliis prorſus deſtitutam, ſatis graue, offerunt multiuariae neque minus frequentes *i*) apud

ſare." *de morb. mulier.* Lib. I. Cap. 67. Quod praeceptum aliquo modo phyſiologi explicationem ſibi expetit; nimirum pars principii neruini, cui ad augendum muſculare robur ſua vis eſt, aliis ſiue occupationibus ſiue animi aliorſum intentione facta detinetur, diſtrahitur et frangitur.

h) PETR. CAMPER, viri immortalis! *demonſtrat. anatom. patholog.* Lib. III. p. 9.

i) Cateruam exemplorum citatam reperies apud LEVRET *art des accouchemens.* Part. III. Chap. I. Art. III. Sect. I. pag. 93. ed. 1766. not. *a.* et HALLER *Element. phyſiolog.* Tom. VII. Lib. XXIX. Sect. V. §. VII. not. *c*-*l*. Aliud eſt HARVEII *de generatione animal.* p. 366. de quo cf. VAN SWIETENIUM *comment.* in BOERHAAVE *aphoriſm.* T. V. p. 520. 521. Recentiſſima obſeruatio (Cl. OHDELII) in SVECIA ſe obtulit et legitur in ſcripto periodico: *Veckoſkrift för Lekare ock Naturforskare.* Stockholm. 1785. Vol. VI. pag. 347.

apud obſeruatores hiſtoriae foetuum vel a morte matris ex vtero protruſorum, licet non omnes eadem veriſimilitudinis gradu gaudeant.

Deinde hae ipſae quidem illas ſecundarias dictas excitant, atque veluti poſt ſe trahunt.

§ 10.

Conſiſtunt vero hae ipſae *auxiliatrices* in vniuerſali quadam muſculorum, eorum autem, qui ad reſpirationem faciunt imprimis, ad contrahendum ſeſe inuitatione, ita vt totum negotium quaſi *ſpaſmi* quoddam dicas, aut genus eſſe aut formam. Qui ſpaſmus quum incidit, auxilium quaerit foemina. Nam quando rem accuratius ſumas, artuum dicas contractiones vacillationesque oriri; quibus fit, vt ſibi commiſſa foemina humo inſiſtere cum ſecuritate non poſſit, quare loca petit, quibus his vacillationibus obuiam ire et vbi ſe ſuffulcire poſſit, *viresque*, quod dicunt, *figere*.

Verum huius ipſius actionis accuratior paulo contemplatio inſtituenda, et inueniendum, *quae vires*, et *quomodo* agant.

§ 11.

Sunt autem primo hae vires (§ antec.) eaedem, quae reſpirationis *k*) quibus vti vtitur natura ad reſpirationem perficiendam, ita nunc reſpiratione ad eam actionem, quae *ſexualis* eſt, ea tamen exceptione facta, quod hae vires, multo quam quotidiana reſpiratione fit, magis intendantur. Sunt vero hae vires, ſiue mauis, *inſtrumenta* virium imprimis *diaphragma*, dein bina *muſculorum intercoſtalium* ſtrata, externorum, internorum. Et hae quidem potiores ſunt et frequentiores, velutique quotidianae; queis in leniori, imo leniſſimo gradu natura egeat *l*).

§ 12.

Quando natura talia efficere intendit, quae quotidiana penſa ſiue labores ſuperant, tum adhuc alias vires reſeruatas easque in promptu habet, quae, vti

k) De his viribus et quomodo eas figi oporteat cf. omnino b. Roederer *Element. obſtetric.* §. 276 - 282. Et Haller *Element. phyſiol.* T. VII. Lib. XXIX. p. 439. ſqq. Cf. cum Lib. XXIV. p. 192.

l) Dantur quoque reſpirationes, quae vel diaphragmate ſolo (reſpirationes abdominales dictae) quales in pleuritide v. g. concipi poſſunt, vel intercoſtalibus muſculis tantummodo, perficiuntur (laeſo aut inflammato v. g. Diaphragmate), ſed de his hoc loco ſermo non eſt, quum potius ad pathologicum naturae ſtatum pertineant, nos vero hic de ſano et ſueto intelligi velimus.

vti alias ad alia, ita nunc ad id, quod potiſſimum molitur, in ſubſidium vocat. Tales vero ſunt muſculi numero non minus exigui, quam robore valentes, quibus praeter dictos, diaphragmaticum et intercoſtales, ad augendas inſpirationes ſua ſymbola conferre datum eſt; duplici quidem officio fungentibus, dilatantibus attollentibusque pectoris caueam.

§ 13.

Pectori quidem hi omnes (§ 12.) adhaerent, at inſertionis altera pars admodum variat. Sunt I. nimirum aliqui, quos alias aut ad caput aut ad vertebras demandabis, tales ſunt cleido- et ſternomaſtoideus, ſcaleni, ceruicales deſcendentes. II. Sunt, quos ad ſcapulam, ſerratos antiquos maiores et minores aut trapezios. III. Quos ad humerum, ſi binos (vtrimque) pectorales maiores minoresque eosque validos muſculos reſpicis.

§ 14.

At modum eorum actionis et mox ex fabrica habebis, ſi, praeeunte ita Celeberrimo Bern. Siegfr. Albino, puncta fixa eorum mutabilia et ita affumis m), vt modo ad hanc modo ad illam actionem ſua praeſtare poſſint; ita nimirum, qui capitis flexioni alias cleido- et ſternomaſtoideus, firmato capite, nunc ita actionem ſuam inuertent, vt coſtam primam et ſternum eleuent; et alias collum ad latus flectentes ſcaleni tres primas eleuabunt; et qui collum torqueant ceruicales deſcendentes cum ſcalenis conſentient et ſerratus poſticus ſuperior in tribus aut quatuor a prima proximis coſta, faciet idem. At qui ſueto ſcapulam adducunt ſerrati antici maiores et minores harum priores nunc ſex coſtas veras et ſpuriarum primas duas eleuare poterunt; poſteriores autem item in tribus prioribus praeter primam, coſtis poterunt. — In adiumentum propera-

m) Canones viri ſummi exſtant in eiusdem Claſſico opere, hiſtoriae muſculorum lib. I. cap. IX. et ita ſe habent: "*Stabiles et vi eorum reſiſtentes (partes) conantur quidem loco mouere, ſed nequeunt: mobiles mouent ad rationem mobilitatis earum.* Qui igitur a fixa deducuntur ad mobilem, vno tempore mouent vtramque; et ſi vtraque aeque mouent inſigniter; ſin altera earum ſtabilior fit altera, vt plerumque obtinet, illa quae mobilior, trahenti muſculo facilius obſequitur, moueturque inſignius quam altera, et quanto illa mobilior tanto inſignius. *Quodſi mutetur naturalis partium ſtabilitas, mobilitasue prorſus etiam immutari debet conſueta actio muſculorum, qui earum partium ſunt.* Si enim pars quaedam, vel vi aliorum muſculorum vel quacunque alia, magis quam quando ſibi commiſſa eſt in contrariam partem, ac muſculus eam trahit firmetur, minus ad eam dimouendam ille valet muſculus; et quando magis firmatur eo minus. Et ſi pars earum ad quas muſculus quidam pertinens eſt, ratione alterius ſtabilior, eodem modo firmetur, vt ad rationem mobilioris plane fixa ſit, non mouebit muſculus ille ſtabiliorem: *ſi ſola firmetur mobilior, non hanc, ſed ſtabiliorem mouebit; modo ſat roboris habeat.*"

properabit cucullaris, cuius cum portione *ſuperiore* et media ſcapula leuata ſerratorum puncta fixa, quatenus ad ſcapulam magis adhuc attolluntur, leuataque ſcapula nunc coſtae affixorum muſculorum leuabuntur ſimul. — Demum etiam pectorales poterunt, quae alias non ſueuerant; nam humero fixo coſtae et, cui adhaerent, ea parte ſternum trahentur altius.

Mutatis itaque muſculorum punctis fixis, mutabitur omnis in thorace ſcena *n*).

§ 15.

A parte reſpirationis auxilium quale in partu ſit, fere dixi; bina adiiciam, quibus non vno modo magnam reſpirationis (inſpirationis autem in ſpecie) ad partum vim eſſe oſtendam. Primum eſt, quum in *magna* inſpiratione pulmones admodum inflentur, ſanguinis circulum non ſolum liberiorem fieri, ſed et pleniorem, hincque ipſius rubri laticis in muſcularem carnem maiorem influxum eſſe; et irritabilitatem roburue muſculare augeri neceſſe eſt. Inde illi parui etiam alias obuii conatus atque niſus inſpirandi explicabiles, quum aliquid aggredimur, cui intenſioribus viribus opus eſt. — Alterum vero eſt, vt illud potiſſimum inſtrumentum *o*), diaphragmaticus muſculus, partem *preli* conſtituat, quo foetus deorſum expellatur; quum altera, qua, ne antrorſum haereſcat, prohibeatur, *muſculorum abdominalium* ſit.

§ 16.

Quorum tamen agendi modum ab iſtorum (§ 15) actione probe dignoſcas; et quacum non ita cohaeret, vt ne ab iſta ſeparari poſſit; quum valide reſpirare poſſis, absque quod abdominales contrahas coarctesue. At his adhibitis excretiones, vrinam puta et alui, plus vltra augebis. — A tergo coniicias aliquid poſſe, conſtringendo, ſacrolumbares, robuſtos ſatis muſculos.

 § 17.

n) "*Si mutetur naturalis partium ſtabilitas, mobilitasue, prorſus etiam immutari debet conſueta actio muſculorum, qui earum partium ſunt.*" Albin l. c. quibus ad amuſſim reſpondent, quae ſagaciſſime de muſculis, queis ad *maiores*, vt vocat, reſpirationes natura vtitur, annotauit Hallerus *prim. lin. phyſiolog.* §. 264. ed. illuſtr. H. A. Wrisberg.

o) At metuendum eſt, ne illud ipſum fortiſſimum robuſtiſſimumque inſtrumentum, tum officio ſuo, deorſum premendo, maxime ſatisfaciat, in contrarium abeat, thoracem inferius coarctando, imo dorſum inflectendo; cui malo vt obuiam eatur, adeſſe videntur a tergo antagoniſticis vicibus defuncti ſacrolumbares et longiſſimi dorſi, quos inſuper in muliebri ſexu maiores multo et robuſtiores reperiri affirmat recentiſſimus fabricae muliebris ſcrutator Cl. Frid. Ackermann *de diſcrimine ſexuum praeter genitalia*. Mogunt. 1788. pag. 87.

§ 17.

His eſt, vt ſubiiciam aliam virium claſſem, etſi minus euulgatam, tamen minus incertam, vbi partium ſtructuram ob oculos habebis, vtpote eorum inſtrumentorum, a quibus ſperes, peluis oſſa diduci poſſe. Tale quid videntur efficere tres femoris adductores, longus, breuis atque magnus, pectineus porro, et interni obturatores, qui omnes, quamuis alias, et ſueto more, puncta ſua fixa ſiue a ſymphyſi oſſium pubis, ſiue a marginibus eorundem, ſiue ab oualis foraminis circumferentia ſibi ſumant; tamen, firmatis femoribus et pubis oſſa ad anteriora trahere, et ſymphyſin diducere et peluim laxare poſſunt *p*). Neque his abſimilia Glutaeos poſſe coniicias, i. e. ilea extrorſum torquere, quando contractiones ſuas ad trochanteres inuerterint.

§ 18.

Virium itaque tria genera dixi: quarum primum reſpirationis, alterum abdominalium, tertium eorum eſt muſculorum, qui peluis iuncturas diſtendere poſſint: hi vero qua agant ratione, ſimul declarauimus, quum anatomen adiecimus. Eruitur autem ex his haec altera ſitus indoles: vt ea puncta, quae in

p) "Trunci noſtri fundamentum, quo is „femoribus innititur, ad internam partem „illius femoris, cuius eſt, eodemque tem„pore non nihil in priora deorſum inclinat." Ita de Pectineo B. S. ALBINUS Lib. III. Cap. 199. et ita de femoris quoque adductoribus Cap. 200. deque obturatoribus Cap. 203. et egregie quidem et ad machinae fabricam appoſite! — verum trunci noſtri fundamento ita firmato v. c. quando ſedemus, in fulcimentum reclines, vt ad anteriora cedere nequeat? quid fiat neceſſe eſt? cedet, quod cedere poſſit. Nunc vero peluis oſſibus per grauiditatis tempora tumidioribus factis, mollioribus, et obſequioſioribus (vt rationibus BLUMENBACH, Viri Clar. obque meos in diſciplinis medicis profectus meritiſſimi, in *Inſtitt. phyſiolog.* §. 611. not.* adductis prorſus conuictum me teneo) quidni, cedant oſſa, hoc modo praeparata et diſpoſita, quinque vtrinque muſculis iisque non parum validis? Magnas autem peluis oſſibus, quam per grauiditatem ſubeunt eſſe circa mobilitatem et natum inde obſequium mutationes, maxime ab eo inde tempore perſuadeor, ex quo mihi peluis propria inueſtigatio puerperae in puerperio emortuae ſe obtulit, vbi cum in ſynchondroſeos pubis ligamenta ſcalpello inciderem, multum effluxit et, pro ſpatio continente, ingens liquoris ſubalbi ſpiſſioris copia. Puerpera mu toties iam enixa vltimum partum, ex quo animam efflauit, (nam febri puerperali correpta eſt) facilem habuit. Alterum mihi viſendi exempli eximiae oſſium peluis mobilitatis, in ſynchondroſibus, tum pubis tum ſacroiliaticis, occaſio ſe obtulit in Theatro anatomico *Jenenſi*, vbi apud virum, in arte ſua verſatiſſimum, dexterrimumque LODERUM commorarer. Erat haec primiparae ex febre, ni fallor, puerperali mortuae, quae tunc temporis in theatrum dictum afferebatur. Id tamen, ſi vllibi vſpiam, ita hic maxime monendum eſſe videtur, vt eiusmodi obſeruationes quam proxime a morte inſtituantur, nimirum vbi tonus partium, ligamentorum puta, et cellulofae telae minus a machina deceſſit. Quo a morte remotiore tempore eiusmodi experimenta inſtituuntur eo minor argumenti vis atque pondus.

in partu fixa muſculorum euadant, et ſuo loco (§ 13 - 18) dicta, *figantur*, ita, ne ancipiti feratur natura, qua ratione potiſſimum agat.

Illuſtratur vero id maxime ſcapulae, et humeri exemplo, quorum haec ſerratum illum anticum, maiorem, efficacem ſane muſculum affixum habet, qui plurimum poteſt, quando ita agat, vt digitationibus ſuis coſtas attrahat; verum quo pacto hic ita agere poteſt, quando ſcapula ipſa pendula fit, cui infigitur? — Par ratio pectoralis eſt, quomodo hic pectus attollat et thoracis caueam dilatet, ſi locus, cui inferitur, labaſcat; iſtum mouebit, quem mouere plerumque amauit.

§ 19.

Nec ſatis erit; punctorum fixorum aut inſertionum curam habuiſſe, verum etiam de *ventrum* libera actione proſpiciendum eſt. Abſit ergo omne illud, quod contractiones ipſorum inhibere, et coercere et infringere poſſit; qualia ſunt veſtitus foeminarum corpora non ſolum nimis quantum coarctantes, verum etiam omnes ſtramentorum aut ſtragulorum aggeres, abdominis ſiue thoracis ſiue latera, ſiue anteriora ſiue poſteriora, circumdantes, et quaſi oppugnantes.

§ 20.

Neque acquieſcendum vnice in hoc eſt; vt, de quibus §§ 10 - 18. monuimus, dicta inſtrumenta ſuo quaeque loco *firmentur*, et ea remoueantur (§ 19.), quae liberam ipſorum actionem impediunt, verum oportebit quoque ipſa iſthuc *dirigere*, quorſum potiſſimum vim ſuam exſerant, nimirum in vterum eiusque contenta; alias enim dicas, optima virum inſtrumenta, male directa incaſſum adhiberi. Repetere enim ex fabrica iuuabit *q*), quod muſculi diaphragmatis, et abdominalium vires ſecundum diagonalem agant, cadentem inter dictorum muſculorum contignationes, ita vt ipſi parallelogrammatis latera ſint. Ea inſuper ſexus differentia, vt, quod poſt b. ROEDERERUM *r*) confirmauit recentiſſimus fabricae muliebris ſcrutator *s*), dicta diagonalis in foemina cum peluis vna eadem-

 que

q) Bene huc reſpexit Cl. STEIN *theor. Anleitung* Sect. I. Cap. III. *von der Axe oder Zentrallinie des Beckens.* § 69. 70. imprimis.

r) *De axi peluis* programma. Gotting. 1751.

s) Cl. FID. ACKERMANN *de diſcrimine ſexuum praeter genitalia.* Mogunt. 1788. § LXIV.

Neque hanc ipſam lineam directricem, qua foetus ex materno ſinu eliminatur, vnam eſſe eandemque, qua is vſque ad finem partus expellatur, facile concipitur; et quod ipſa vagina eiusque axis diuerſa ab ea, quae vteri, fit, cui errori, qui multorum obſtetricatorum fuit, potiſſimum ſe oppoſuit Cl. AB HALLER (in *Encyclopaedia gallica* Tom. XXVII. p. 735. Ed.

que ſit. Haec itaque linea quaſi communem directionem earum virium conſtituit, quae in vterum agant, et ad comprehendendum facile eſt, quod hae ipſae vires tum optime agant, vbi linea dicta in vterum ita dirigitur, vt cum axi peluis, et vteri, et foetus conincidat non ſolum in vno eodemque plano, verum quando quaeuis cum binis reliquis vnam eandemque conſtituat.

Pone lineam *a. b.* [Tab. I. fig. 1.] veram eſſe diaphragmatis et abdominalis preli directricem, lineam *c. d.* axem vteri grauidi atque valde propendentis; neceſſe eſt, vt haec vis non niſi in vteri ſegmentum, quod citra et a tergo eſt, effectus ſuos exſerat; et fruſtra quidem, vt quo magis is vna cum foetu propendeat, eo minus illud ipſum ſegmentum euadere debeat. Vires itaque, quae totum vterum ferirent, nunc non niſi ad partem redibunt.

Quare vterus vna cum foetu, quem continet, ita dirigendus eſt, vt, cum diagonali dicta, axis vteri et foetus vnam efficiant eandemque lineam.

Neque enim hoc intelligendi difficultatem habet: ſi in pelui caput ita ſit poſitum, vt axis ipſius, prolongata foetus, cum linea directrice, et axi peluis coincidat, nuſpiam loci caput alliſurum, ſiue ad anteriora ſit illud, ſiue ad poſteriora, ſiue ad latera peluis. Quod ipſum partus facilitatem non parum iuuabit.

Dirigendae itaque vires ita ſunt, vt aeque omnes eum in locum conſpirent, per quem eiicere onus natura intendit.

§ 21.

Quantum ſitus ad vires faciat, fere dixi. Addam vnice: ipſas dictas vires vergente imprimis ſub finem partu, praeter modum increſcere, vt nullum in vita humana paris conatus exemplum ſit *t*). Noua hinc deducitur ſitus indoles atque proprietas, nempe vt id, cui incumbit inſiſtitue nixus grauiſſimos edens firmiſſimum ſit, ne, tanta virium poteſtate, deſtruantur et corruant ipſa validiſſimis nixibus oppoſita fulcimenta.

§ 22.

Ed. Felice) et quod quo magis foetus deſcendat ea ipſa plaga decreſcat et minor euadat, quam abdominales muſculi feriunt. Naſci itaque linea oportet, ex duabus viribus producta qualis naſci debeat, ſi vna vis decreſcat, (quae ſub ipſa arcus oſſium pubis regione prorſus nulla eſt) altera vero vna eademque maneat; i. e. talis quae parabola ſit aut parabolae propior, et cuius viam vel ipſius vaginae ſegmentum ſimul dictitat. — Cf. Tab. fig. 2. 3. *Explicat.*

t) "*Nixus*" inquit Cl. ab Haller "*vt nullum in vita humana, paris conatus exemplum ſit.*" *Element. Phyſiol.* Lib. XXIX. Sect. V. § XI.

§ 22.

Vbi vero eo peruentum erit, vt iam ſummi dolores *u*) excruciare matrem futuram ceperint, attendendum erit, ne, quantum a parte ſitus, ſumtus dolorum vltra modum augeantur, ſiue noua dolorum genera veteribus adiiciendo, ſiue praeſentes intendendo. Quam ob rem *mollia* ſubſtrata ſint, ita tamen, vt ne mollities firmitati cedat.

§ 23.

Partus inſuper epigenomena interdiu poſt ſe trahit, mali haud raro ominis, quibus adnumeranda ſunt animi deliquia, et quae inter maximi aeſtimanda eſt rubri laticis profuſio. Refert itaque, ne dictis epigenomenis ſitus non ſolum non anſam praebeat, verum vt ipſe praeſentia cohibeat, futuraque praecaueat. Quod equidem tum praeprimis obtinebitur, quando ſitus parturientis confeſtim mutari, et transfigurari in alium poſſit.

§ 24.

Siquidem partus ratio ea eſt, vt pars quaedam contenta ex cauo continente ipſam excludatur et eliminetur, alia exſurgit circa ſitum obſeruanda cautela; vt omne iſtud remoueatur, quod in exitu dicti corporis obicem ponere queat; quod autem tum, quando, cui cedendum eſt retro, coccygi *v*) locus datur.

§ 25.

Qui porro in mentem ſibi reuocabit, partum perduci ad finem haud poſſe, ni vna cum liquorum, qui vtiles quondam fuerunt, nunc autem inutiles et ſuperflui, et excrementorum, quorum aliqua perpetua veluti, vt amnii li-

quor

u) "Ita vt, quod veteri epigrammate expreſſum legimus, partus dolores etiam lapis ſentiat" (ωδινων ϗαὶ λιθος αιϑανεται) *Florilegium Epigramm.* Lib. I. c. 14. — Quantum autem dolorum nimia intenſio nimiumque augmentum ad partus infelicitatem faciat, de his audiendus omnino b. ROEDERER: "Poteſt „quoque mors puerperam prehendere, ſi do„lores pariendi modum nimis excedant, ab „impedimentis partui poſitis nati. Omnis „autem dolor nimis vehemens et immanis „tandem abit in diſtentionem neruorum qua „tum plerumque adhuc magis impeditur „partus ſpaſmis motus naturales peruer„tentibus, vias obſerantibus et foetum in „malum ſitum compingentibus; vnde aegro„tantes conuulſae, compreſſis obſtructisque „cerebri vaſis, ex apoplexia moriuntur." de cauſſis neceſſario mortem inferentibus in EI. *Opuſc. med.* T. I. p. 111.

v) Oſſis coccygis in partu retro cedentis dignitatem ante alios bene perſpexiſſe videtur gynaeciorum ſcriptorum vnus: LUDOVIC. MERCATI *de mulierum affectionibus.* Madrid. 1594. (SPACHII *collection.*) "faciliorem item reddi partum ex optimo parturientis ſitu, quin immo maxime id parturitioni conferre experimento comprobatum eſt: nam cum ad partum faciliorem neceſſe eſt, vt vulua dilatetur, idque a parte anteriore quam pauciſſimum fieri poſſit, ſupereſt, vt *caudae os* ad poſticam partem extendatur." Lib. IV. cap. 3.

quor et ſanguineus cruor, reliqua autem aduentitia nec ita perpetua, veluti alui et vrinae, inſecutura expreſſione et promanatione, quae ſibi commiſſa matrem inquinant, et in ſqualorem abeunt, hinc quoque operam dabit is, cui cura partus commiſſa eſt, vt in omnibus quae circa ſitum, *munditiees* ſeruetur. Id quod etiam natura ſibi expoſcit apprime talis, qualis eſt foeminarum.

§ 26.

Vtpote delicata, munditiei ſtudens, facile ſentiens; verecunda, in hac autem vitae ipſarum conditione, ſi in vlla alia vmquam, potiſſimum *w*). Quare cauendum prouide eſt, ne ea qua praeſtat ſexus ſequior animi teneritudo, et qua eſt noſtris temporibus indulgentia, vt virorum curae ſe committat, vllo modo offendatur, aut in malam partem accipiatur. Cura itaque gerenda eſt, ne quid inſit ſitui, quod terrorem incutiat foeminae, neue quod triſtitiam ipſi inducat, neque quod ipſam pudore ſuperfundat. Quae tres quaeque animi affectiones diuerſimode detinere partum, aut in peius vertere, et alienas turbas inferre poſſunt. Abſit dehinc: omnis conſtructio enormis, quaſi portentoſi aut magnifici, imo horrendi quid prae ſe ferens. Exulet omnis apparatus rerum, quibus carere facile poſſis, quaeque ſiue aſpectu ſiue tumultu foeminae moleſtias inferre poſſunt. Accedit hinc ratio noua, quare ſitus, vt iam monuimus (§ 21.), firmiſſimus ſit, ne crepitationibus aut corruendi minis parturienti curas excitet aut angores faciat. Ipſa conſtructio talis ſit, vt alienis i. e. adiutricibus manibus vix indigeat. — Neue in mentem veniat, id maribus velle perficere, cui foeminae ſufficiunt.

"*Turpe*" enim "*eſt, in omni arte* (nec minus in obſtetricia), *ſine vllo profectu magnam adhibere turbam; magnum ſpectaculum polliceri!*" *x*)

§ 27.

Et haec quidem potiſſimum ad matrem referenda. At reſpiciendum quoque ad foetum eſt. Scilicet ne hic mali quid ex ſitu percipiat, quando protruſus huc illucue allidere, vnamque alteramue partem corpuſculi impingere grauiterque laedere poſſit. — porro, ne ex ipſo ſitu exitus infantis aut retardetur praeter modum; aut acceleretur.

§ 28.

w) Egregie DE LA MOTTIUS, cui longo vſu naturam rimari muliebrem contigit: "une femme, qui a de la pudeur, n'etant à rien plus ſenſible, qu'a cette précaution negligée, dont l'idée lui reſte ſouvent plus long-tems, que celle du mal qu'elle a ſouffris." Livr. I. cap. XXV. ed. in 4. p. 136.

x) HIPPOCRATES *de articulis*.

§ 28.

At enimuero, quum partus naturalis aeque ac praeternaturalis, auxilio *obſtetricantis* carere non poſſit, curam quoque eo dirigi oportebit, ne aditus obſtetricanti, pro ea, quam ferre debeat, ope, denegetur, isque liber abunde atque commodus ſit: vt ne ea corporis poſitura indigeat, quae ipſi vim inferat, eumque praeter neceſſitatem defatiget. Omnis enim, qui ſiue a parturientis ſiue ab obſtetricantis parte impenditur fruſtraneus labor, ab operis, quod potiſſimum intenditur, expedita adminiſtratione auocat. In ferenda vero ope aliqua partui propria velutique priua ſunt, alia vero communia ſunt auxilia. Prioris generis habentur: perinaei ſuſtentatio, ſolutio funiculi ab infante, et placentae a matre; vt nil dicam de peragendis, quas caſus quiuis praeter naturam accidens, ſibi ſumit, ſiue manu, ſiue inſtrumento operationibus. Poſterioris generis ea auxilia ſunt, quae, licet in vnoquoque partu facile obuia, cum ipſo partus negotio abſolute non cohaerent; v. g. venaeſectionis ſuſcipiendae neceſſitas.

Optimus itaque, poſtulati modo dicti ratione habita, ſitus talis erit, in quo vndequaquam ſubueniri parturienti poſſit.

§ 29.

Situs qualis ratio reſpectu *matris*, et *foetus* et illius demum, qui opem ferat, habenda ſit, expoſui: verum, vt et de *loco* videatur, ſupereſt; cuius iam particulam modo (§ 38 ſub fin.) tetigiſſe, mihi videor. Bina adhuc addo. Primum, ne collocatio ibidem fiat, vbi aeris permeantis iniuriis parturiens exponatur, id quod ſit imprimis, ſi inter bina ſpiracula, altero aerem extus frigidiorem ſuſcipiente, altero calidiorem transmittente, intermedia aut ex aduerſo collocetur. Alterum, vt a lecto, in quo puerperium tranſigatur, non multum remota ſit.

§ 30.

Et his equidem mihi abſoluiſſe videor ea, quae ad generalia ſitus pertinent; et quae vel alias cum ſitu ſibi volunt y), qui non niſi neceſſaria ſibi ſumat; vtilia non praetereat, deque eo quod in adiuuando partu commodum ſit atque opportunum, nec non de decoro, pari modo paſſuque proſpiciat.

Praemiſſis itaque his generalioribus ſpecialiora tractabimus.

CAP.

y) Cf. Stein v. cl. *Beſchreib. ſeines Geburtsſtuhls* p. 7.

CAP. III.

Situs varia genera.

§ 31.

Pariunt autem foeminae aut peperiſſe ſunt viſae: I. *erectae*; id ipſum autem genus dupliciter ſe habet: aut enim *pedibus* inſiſtentes pariunt, aut *genibus flexis* innnixae. — Video equidem hoc ſitus genus a plerisque rei obſtetriciae auctoribus enumerari, a paucis expendi et abſolui. Ab vno aſſumi tanquam bonum, ab omnibus improbari. Inter relata tamen lego talem ſitum fere coniugum barbararum aliquarum gentium eſſe, quae inter ipſa itinera ambulantes peperiſſe ſunt viſae *z*). Et hoc modo partus antiquitus fuiſſe celebratos variis, nec prorſus infrequentibus Claſſicorum locis *a*) fere inducimur. Experimur quoque ſitum hunc puerperarum negotii adhuc expertum eſſe; dein earum, quarum partus ex improuiſo praecipites dantur; denique furtiui partus tanquam excuſationis cauſſam ſubſterni *b*).

§ 32.

Neque vero parturientium, quae pedibus inſiſtunt, vna ratio eſt. Sunt enim (peragi namque ita haud poſſe videtur, vt non aliquo modo parturiens in vnam alteramue corporis ſui partem innixa, aut corpore flexa ſe teneat): quae brachiis, verſus anteriora flexae corpori alicuipiam firmiori *c*) ſiue menſa ſit iſthaec, ſiue paries, ſiue lecti margo, ſiue lumbi humerique alius perſonae, partus doloribus ſeſe opponunt.

In tali parturientis collocatione quorumdam *d*) conſilium eſt, vt obſtetrix genibus innixa, a poſteriori, parturienti auxilium ferat, foetumque excipiat.

Erant, quas erecto corpore parieti dorſo inclinatas, ad partum ingruentibus doloribus, accinxiſſe ſeſe videbamus.

Quo-

z) Ita de *Oſtiacis* J. Bernh. Müller: *Leben und Gewohnheiten der Oſtiaken* in Webers *verändertem Rußland.* Francof. 1721. T. I. p. 197. *de mulieribus Arabum* d'Arvieux *memoires par le* J. B. Labat. Paris. 1735. T. III. p. 308. *de americanis ſeptentrionalibus*; *Allgemeine Hiſtorie der Reiſen zu Waſſer und zu Lande* p. 31. T. XVII.

a) Pertinent huc ſuetae Graecorum Latinorumque dicendi formulae: πιπτειν, καταπιπτειν εις vel επι γῆν; χαμαιπιπτειν, χαμαιπετειν; ολιϑειν και εξολιςϑειν παρα μητρος εις την γῆν. — Cadere de matre in terram; procidere in tellurem, humi proiectum iacere, et his ſimilia, de quibus cf. Triller *Clinotechnia medica antiquaria* p. 216. 217.

b) L. Heister *inſtitut. chirurg.* Pars II. p. 1040. not.

c) V. Hoorn *Siphra och. Pua.* p. 47. edit. Ribbenii.

d) Van Hoorn l. c.

Quo melius eodem modo i. e. pedibus inſiſtentes parere mulieres poſſint, conſtructio excogitata fuit ſingularis ſequens: ſuperiori nimirum aut inferiori hypocauſti tabulato bini laquei affigebantur *e*), quos redeunte quouis dolore ambabus manibus arripientes, deorſum ſurſumue attrahere ſolebant. Eiusmodi conſtructionem olim in Noſocomio celebri Pariſienſi *Hotel-Dieu* locum obtinuiſſe inter relata lego *f*).

§ 33.

Deſcriptione itaque hac primi generis ſitus exhibita aggrediendum id eſt, vt ſitus eiusdem diiudicatio ad datas ſuo loco (§§ 6-29.) normas mox ſubiiciatur. Ad perſpiciendum autem facile eſt:

Quoad vires ſuffulciendas hunc ſitum non ſufficere, adeo vt nullus iſthoc minus ſufficiat; nam pleraeque partes veluti ſibi commiſſae omni ſuſtentatione, quae extus ſubueniat, prorſus deſtituuntur; vtpote quae ad ſcapulas, potiſſimum ad pectus et dorſum; id quod vero iis obtrectat, quae (§ 18) neceſſaria duximus eſſe. Quare hoc ſitus genus

Pluribus *g*) miniſtris indiget, quae ſiue dorſum ſiue femora tenentes, parientem ob vacillationes tueantur et defendant, quibus annumerata nondum eſt, quae obſtetricantis officio fungatur, et quae vtenſilia ad partum ſubminiſtret. Ita vt absque 5 aut 4 hominibus partus foeminae hoc modo diſpoſitae abſolui nequeat.

Vires aliquae conſumuntur ad ipſam erectam poſituram, quae non ſolum violentior eſt ea, quae ſedendo fit, aut recumbendo; verum etiam muſculos abdominales, in eiusmodi corporis habitu, inſtar veli tenſos, a libera ipſorum contractione prohibet *h*).

Obſtat hoc ſitus genus (in iis praeſertim, quibus propenſio vteri facile ad anteriora eſt), quo minus vteri axis cum ea coincidat, qualem peluis eſſe; et diaphragmatis et abdominalium muſculorum, vnam eamdemque diximus. Quod ſecus reſpondet iis, quae de dirigendis viribus (§ 20.) expoſtulauimus.

Neque aliter eſſe poteſt, niſi quod ex hoc multo, quam ex alio ſitus genere magis doleant parturientes, quum ſuffulcimenta et compreſſoriae pilae a poſteriore (oſſis ſacri) regione abſint, ex quibus interdum egregie refici mulieres obſeruamus.

 Vti

e) Th. Pyl. *de praeſtantia ſitus parturientium in lecto.* § XXI.

f) Frieds (patris), *Vorleſungen über die Lehre von den Kreisſtühlen und Kreiſſbetten.* p. 277.

g) Ita probae ceteroquin notae auctor quatuor perſonas — vsque ad quinque expetit, quarum binae quaelibet femora ſuffulciant; binae brachia, vna dorſum.

h) Günz *de comm. part. ſitu.* Cap. V. § II.

Vti vero commoditati parturientis maxime, ita etiam obſtetricantis, obeſt hoc ſitus genus, qui corporis habitu non minus admodum ipſum defatigante, verum etiam, ad ipſam opem ferendam, inconuenientiſſimo vti cogitur.

Quod autem praecipuum eſt: ſummo non ſolum parientis, ſed et ipſius infantis periculo coniungitur talis foeminae figuratio; tum ob impetuoſas ſanguinei fluenti ex vaſis vterinis effuſiones, quorum in memoriam vocanda eſt maior in ſtatu grauiditatis amplitudo, et ad aortam deſcendentem vicinitas; tum ob placentae violentiſſimam a loco implantationis ipſius auulſionem; tum ob inſequentem facile vteri inuerſionem. Accedit his non absque ſummo vitae diſcrimine coniuncta ipſiusmet infantis ex vtero eiaculati, in humum proiectio, *i*), vt hinc facinoris impiiſſimi anſa excuſationis praebeatur *k*), quod infanticidii eſt.

Verum haec quum ita ſint, quod eiusmodi poſitura iis, quas boni ſitus proprietates ſuo loco voluimus, omni ex parte repugnet, vix vereor, num aliud excogitari poterit, vitioſius non ſolum, verum et periculoſius.

§ 34.

Ad alterum genus tranſeundum eſt, quod et priori dicti loco ſpecies: *parturientis* nimirum *in genua prouolutae*. Quod genus a paucioribus video in cenſum referri. A pluribus omitti *l*) iisque egregiis auctoribus. A quibusdam apprime commendari *m*). Ab aliis reiici prorſus et irrideri *n*).

Poſſunt autem huius ipſius ſitus duae animaduerti ſpecies, quarum *mitior* vna, altera vero *violentior*.

Mitior, qua foemina aut prorſus erecta aut paulum ad anteriora inclinata genibus ſuis innititur, caetera eadem obſeruans, quae de ſuperiore ſitus genere annotauimus; ab aſſiſtentibus plus minusue adiuta atque firmata. Talis ſitus eſt, quem innuunt DE LA MOTTE, DEVENTER, RICHTER *o*) vv. cll. aliique.

Violentior altera, qua non ſolum genubus flexa, ſed ita flexa eſt, vt, capite maxime ſupino, calces fere clunes attingant, et vermis ad inſtar recurvata

i) Exemplum refert P. DIONYS *Traité general des accouchemens*. p. 214. Similis caſus videtur infantis, vna cum placenta funiculo adhaerente, in flumine reperti ap. ALBERTI *ſyſtema iurisprudentiae medicae*.

k) Cf. HEISTER loc. cit.

l) Ita poſt alios etiam a Cl. STEIN.

m) Sic inter recentiores imprimis a DE LA MOTTIO.

n) Ita de ſitu, quem praecipit SCIPIO MERCURIUS, SOLINGEN *Embryulcia vera*, p. 55. quam *funambulorum et petauriſtarum* dicit eſſe (*een koorde danſers of Springers manier*).

o) Qui huius ſitus ad corrigendam vteri retrouerſionem, (quae in grauidis a 3 ad 4. menſem animaduerſa eſt) magnam vtilitatem primus euicit *Chirurgiſche Biblioth.* IV. Band. pag. 237. Quibus adde obſeruationem Clar. WILLICH, qui hac foeminae poſitura in dicto malo cum felicitate vſus eſt. *Chirurg. Bibl.* B. V. p. 132.

vata mulier fit. Talis ſitus eſt, cuius effigiem exhibere Scipio Mercurialis *p*), qui hunc ſitum potiſſimum vrget, nullus dubitauit, adeo foedam aſpectu, vt licet haec noſtra omnimode exornare et perſpicue reddere annifi ſimus, huius effigiem noſtris inſerere, induci non potuerimus.

§ 35.

Quod vero ad huius ſitus diiudicationem pertinet. Is ſimilibus, imo ex parte iisdem premitur difficultatibus, queis priori loco dictus, niſi quod dicas ob minorem genitalium ab humo diſtantiam, minus delabentis foetus periculum eſſe. Vbi vero humi *s*) partum foemina peragit, hocce modo collocata, ad auxilium ferendum adhuc ineptior redditur priori, licet minus periculoſus. Abdominales muſculi, quorum vis in partu abſoluendo tanta eſt, nimis quantum tenſi a libera ipſorum actione prohibentur. — Concipias tamen ab altera parte, id quod hoc ſitu effici poſſit, non parum eſſe; tenſis nimirum femoris iis muſculis, qui in peluis anteriore parte punctorum inſertionis alterum habent, neque ipſis parum validis, vtpote femoris adductoribus vtrimque trinis, pectineisque binis, vt quo magis reclinata hoc modo incurua foemina fit, eo efficaciores fieri hos, ſcilicet pubis oſſium ramos deorſum extrorſumque trahentes, facile aſſequaris. Ita vt hoc ſitus genus vtilitate ſua non careat, vbi peluis imprimis ſuperiorem aperturam ampliorem concupiſcis; ſiue fit, vt foetus capite margini oſſium pubis ſuperiori inſiſtat, ad naturam ceteroquin recte vergente, aut obliquo capite *q*), aut facie prima ſeſe offerente et fronte ad ſuperiorem marginem oſſis pubis allidente, qualem ſuſpicor caſum de la Motte fuiſſe *r*), in quo ſe hunc ſitum, cum fructu, adhibuiſſe praedicat.

Fuerunt, qui in obeſis hunc ſitum magni fecerunt *t*). Vtut tamen fit, multis hic ſitus peccat, quae nimis non dura ſolum, ſed et dira dicas eſſe. Ita vt iis, quae in communi vita mollia et commoda habere aſſueſcimus, nimium auerſetur. Quod autem hoc in ſitus genere pudicitiae contrarium eſt, mitigari poteſt, foeminam in lectum deponendo, ſuetis ampliorem velis vndique obductum, et quem imperialem alias vocant.

§ 36.

p) *La Commare o raccoglotrice.* Vero-nae. 1642. p. 159. Fig. A. rediit dein iterum in Seb. Melli *Commare Levatrice.* Venet. 1766. Tab. IX. fig. III. — in Welschii tamen Scipionis libri verſione non extat; licet iſte cum Scipione conſentiat, pag. 433. 434.

q) Stein *Practiſche Anleit.* § 510.

r) Obſ. CXXII. p. 230. Ed. in 4.

s) Huius loci hiſtoria mulieris eſt apud Phaedrum *Fabell.* XVIII. Lib. I. quae vera hiſtoria fuit teſte Plutarcho in *Praecept. Nuptial.*

t) Ita imprimis Scipio Mercurialis; et qui eum ſecuti Melli; Welsch.

§ 36.

A (§§ 32) inde genera ſitus diximus fere erecti. Nouum nunc dicendum eſt, et vſitatius longe, et cui ſuaſores praeſunt praeclariſſimi artis antiſtites, nimirum, quod recumbentes foeminae ſequuntur. Neque ne huius quidem aut vnica ratio eſt aut vnicus modus. Sunt enim:

Quae ſupinae i. e. dorſo recumbentes pariunt. Situs hic *ſupinus* audit.

Quae ad latera, *lateralem* hunc volo, qui et alias ſub *Anglici* nomine inclaruit.

Sunt demum, quae *pronae*, i. e. in ventrem *procliues* parturientis munus obeunt.

§ 37.

Comparatione autem nunc aliqua inſtituta vniuerſi huius generis, quod vt recumbant foeminae praecipit, cum iis, quae pridem recenſui, primo fere obtuitu in oculos cadit, multa ipſi ineſſe quam prioribus praeſtantiora, ita vt omne iſtud, quod dirum et periculoſum in prioribus, a parte matris non minus, quam infantis inſit, euitari atque declinari poſſit. Nam neque delabentis grauiter infantis, neque haemorrhagiarum, neque prolapſuum inuerſionumque neque aliorum huius generis malorum anſam exhiberi perſpicies. Vti vero ab hac, quae periculi minoris, parte integro ſatis facit hoc ſitus genus, ita ab altera parte varia ſe offerunt, quae ſiue munditiem (nam proprio cruore innatantem matrem dicas) ſiue plenariam genitalium libertatem, ſiue liberam auxilii vndique ferendi opportunitatem ſpectes, deſiderabis.

§ 38.

Propoſitis his generalioribus huius generis, de ſingulis ſpeciebus deſpiciamus. A) Earum ſitus, quae dorſo incumbant numerus varietatum, quas auctores excuſerunt, tantus eſt, vt calamo has vix attingas. Binos huius ſpeciei modos indico, inter ſe notabiliter diſcrepantes, et quos inter reliqui, intermedii cadunt. I. Eorum, qui parientem iuxta totam lectus longitudinem incumbentem volunt *u*). et II. qui tranſuerſim eandem lecto imponi, ex vetere Celsi *v*) conſilio praecipiunt, quem modum imprimis *Galli* ſunt ſequuti. — Verum in his diuerſimode conſilia auctorum ludunt: Sunt enim qui extenſis

u) Albucasis P. 2. Cap. 76. Paul. Aegineta Lib. VI. *de re med.* Cap. 74.

v) Lib. VII. cui aſſentierunt B. Ronseus Cap. 23. Dalechamp *annotations ſur les operations* Cap. 74.

ſis *w*) prorſus femoribus ipſam incumbere volunt; alii dependentibus *x*) retractis *y*) alii, plusque minusue diductis; et haec quoad femora. — Alii in genubus flexas parturientes volunt, imo ita, vt calces ipſis natibus alligentur *z*) fere ad eorum modum figuratis, qui, calculo laborantes, methodo *Le Catiana* inciduntur; alii nimis quantum reflexas et in poſteriora retortas.

§. 39.

Quod equidem ad illa diuerſa, quibus hac in ſitus ſpecie ludunt, foeminam collocandi conſilia attinet: prorſus ea reiicienda ſunt, quae partes, quas ſuffultas eſſe oportet, prorſus ſibi committunt, quale quid faciunt, qui femora dependentia volunt; neque probandum eorum conſilium eſt, qui vinciri parturientes ad lectum, aut calces natibus ſtrenue loramentis iungi iubent, quale quid foeminarum natura tenera non ſuſtinet; neque boni quid conſulunt ii, qui capite adeo retorto parientem collocandam ſibi ſumunt, vtpote cauſam inde malo porrigentes, foemineam pulchritudinem admodum dedecoranti et defoedanti; bronchiarum puta inflationi; colloque intumeſcenti, ab aëre in thyroideae glandulae foramina impulſo.

§. 40.

Multo itaque meliori ſitu vtentur, ſi quae poſſint et debeant, ſuffulciant, femora dependere non ſinant, verum corpori haec cuidam duriori innitantur, neque extenſa prorſus, neque prorſus incuruata; modicum tamen genubus flexis, neque iis adductis et coadunatis, vt ne infanti exitum occludant, neque praeter modum diuaricatis: coxam eleuatam habeant, et caudae os liberum ſit, capite non retorſo, verum potius ita diſpoſito, vt cum dorſo vni eidemque plano ſuccumbat, et vbi vis nixuum nimia vrget, potius ad anteriora inflexo et cernuo. Verum eadem hac corporis diſpoſitione vti poſſunt ſiue medium per lectum, ſiue tranſuerſim hoc vti volent.

§. 41.

B) Alia mihi ſitus ſpecies exponenda eſt, *lateralis* dicti, a Burtonio maximi facta, ita vt ab eo inde tempore 1751. potiſſimum inclaruerit et deinde etiam ſub *Anglici* ſitus nomine venerit, cuius nunc imaginem ad plura virorum, qui in arte praecelluerunt, exemplaria adumbrabo; Smellii, Johnsonii, Hamiltoni et cl. demum *praeceptoris*.

Foemina

w) Petr. Pigreus lib. VII. Cap. 6.

x) Dalechamp. p. 323.

y) Fabric. *ab Aquap.* Part. I. *de Operat.* Cap. 86.

z) Rod. a Castro *de morb. mulier.* cap. 2.

Foemina in latus vnum alterumue, quod tamen ſiniſtrum *a*) vtplurimum amant, oblique per lectum *b*) incumbito, vt genitalia, qua poſteriora ſunt, marginem lectus *c*) attingant, truncus medium (ni mauis oblique) per lectum tendat, eleuato paulisper capite dorſoque *d*) femoribus genibusque abdomini approximatis *e*) aut ita tantillum adductis, vt cum lumbis ad angulum rectum *f*) incidant; puluinoque, prius calefacto *g*), diductis ad angulum = 72 grad. ex praeceptoris cl. conſilio. Ipſa parturiens mantile, plicatim circa poſtem lecti ductum *h*) manibus arripit. Ad latus lecti tertia aliqua *i*) ſtatuatur, quae pedibus parturientis inſtar fulcimenti ſit, aut, ne turba mulierum, mala haud raro conſuetudine, lectum parturientis obruentium, praeter neceſſitatem increſcat; ſcabellum *k*) ad inferiora grabati ponatur, cui pedum plantas obuertat, et, vrgente dolore, fortiter impingat. Ipſe autem, qui obſtetricantis munere fungitur, a latere aut paruo ſedili inſidet *l*) aut quam ipſius corporis poſituram praeferunt *m*), ad marginem lecti, qui vbi ſiniſtro latere (ſiniſtrum autem vtplurimum amant) dexter erit viciſſimque, genubus innitens, opem ſuam praeſtabit.

§ 42.

De vtilitate autem huius ſitus ipſum, qui alias eumdem maximo encomio effert, iudicantem audiamus BURTON: Conferantur inter ſe binae pelves cum annexa cuiuis vertebrarum columna; altera in anteriora proni hominis, altera ſtantis aut recta inſidentis. Facile apparebit in iſta quantum ſacrum os retro cedat, eaque hinc peluis apertura, quam inferiorem dicunt, vna cum minoris pelueos ambitu, increſcat; capacitate itaque caui aucta, cui caput impactum haeret, frictio et ad parietes dolentes preſſio non poterit non imminui, ipſa autem capitis protruſio accelerari, cum parturientis leuamine haud mediocri.

At enim addere iuuabit, quod praeteruiſum fuiſſe a BURTONIO, fatendum eſt: Etſi inferior apertura peluis ex hac partium relatione immutata augmentum aliquod nanciſcatur, tamen ab altera parte ſuperiorem aperturam, ob proeminentiam oſſis ſacri (d. fig. 4.) introrſum adauctam, coanguſtari et conjugatae

a) SMELLIE *Treatiſe*. p. 200. JOHNSON *Syſtem of Midwifery*. 1769. p. 196. nullum aliud latus agnoſcit. HAMILTON *Treatiſe of Midwifery*. Lond. 1781. p. 170.

b) JOHNSON, BURTON. l. c.

c) BURTON.

d) JOHNSON, HAMILTON.

e) BURTON, qui prorſus ad abdomen adducta genua expetit.

f) JOHNSON.

g) IDEM.

h) IDEM.

i) BURTON.

k) JOHNSON.

l) IDEM.

m) Ita imprimis BURTON, qui ſitum hunc commodiorem expertum eſſe aſſerit, vir experientiae XVII. annorum.

irrigatae quid detrahi: quae nimirum caput a ſuo, in peluini, introitu non ſolum prohibere, verum iamiam ingreſſi deſcenſum inhibere; et nimis quantum retardare, imo inclauationis quamdam ſpeciem gignere poſſunt. Quare ex his colligimus: eximiae huius, quam praedicat BURTON vtilitatis, tum modo locum eſſe, quando pelueos ſuperiorem aperturam caput non tam attigerit, quam iam ſuperarit; et hinc conuenientiſſimum eſſe, hunc ad ſitum tum demum accommodare parturientem, vbi iam tertium quartumue ſtadium partus initium ceperit.

Etſi autem ex iſthoc collocationis modo lucri quid in partus ſubleuationem redundet, reticendum tamen non eſt; in commodum ſimul naſci, quod, bene iam perſpiciente et annotante ipſo W. SMELLIE *) in alio ſitus genere, cuius ante mentionem iniecimus, abeſt. Nimis enim quantum ea linea, quam directricem alias muſculorum abdominalium et diaphragmatis virium diximus, et quae in modicum recumbente foemina medium inter ſcrobiculum cordis et vmbilicum cadit, a pelueos axi aberrat et deorſum tendit. Quam ob rem in tardiori ſic dicto partu Gallicum ſitum patrio praefert SMELLIE.

§ 43.

Arridet hac in ſitus ſpecie egregie data genitalibus libertas, quae licet puluinis clunibus ſubiectis vel in ſedente, vel dorſo recumbente parturiente obtineri aliquomodo poſſit, manca tamen plerumque euadit nec omnibus numeris abſoluta; ſubſtratorum enim mollities maior minore efficit, vt genitalia, propria grauitate deorſum tendentia, foueam ſubſtratis continuo imprimant, qua fit, vt a libero ad ipſa acceſſu prohibeamur.

Porro autem lateralis hic Anglorum ſitus id priuum ſibi ſumit, quod pudicitiae parturientium vtut haud raro intempeſtiuae, egregie obuiam eatur, ſcilicet ne vultus ſibi oppoſitos habeant; et quae partum agit, et qui opem fert.

Denique iis vteri obliquitatibus, quae ad latus ſunt, eximie medetur. Ita vt hoc modo nodum ſolui poſſe exiſtimemus (qua de re iam olim publicam admirationem ſuam profeſſus eſt cl. STEIN *n*), qui Anglorum principes aliqui artis obſtetriciae auctores *o*) obliquitates vteri, quarum, quae ad dextrum latus

*) Opere citato. pag. 202.

n) *Pract. Anleit.* § 127. *zu bewundern iſt,* verba ſunt v. c. *daß es faſt ſcheint, als ob dieſe Lehre von der ſchiefen Lage der Gebärmutter von einigen Engländern habe wollen in Zweifel gezogen werden, u. daß Smellie unter andern nicht die geringſte Erwähnung davon gethan.*

o) Ita SMELLIE in operis citati introductione pag. 11. vbi, contra DEUENTERUM exiſtentiam obliquitatis vteri, tanquam nonens practicorum, (et quod ex falſa hypotheſi aſſumſerit,) negat; quam ob cauſſam grauiter bonum SMELLIE adoritur popularis ipſius BURTON (*Syſtéme nouveau & complet de l'art des accouchements* ed. LE MOINE Tom. II. p. 59

latus *p*) omnium frequentiſſimae habentur, ſicco adeo pede praeterierint *r*). Hi etenim, vt laeuo latere foemina incumbat, ad vnum omnes praecipiunt. Quibus autem factum eſt, vt, ſi quae adfuerit ad dextrum latus obliquitas, oculis ipſa ſubduceretur. Quam tamen coniecturam non tam ad me, quam ad virum cl. FISCHER, praeceptorem noſtrum aeſtumatiſſimum, referendam eſſe, candide agnoſcimus.

§ 44.

Vltima tertii generis ſpecies reſtat, *proni* nimirum in anteriora *ſitus*. Vix quid ſingulare habet, niſi quod verbum exprimeret. Bina tamen momenta adiicienda ſunt: vt brachia, anteriora verſus, in corpus aliquod firmius incumbant, dein vt femora probe diducta ſint. Tota vero iſthaec parturientis diſpoſitio non inepte comparabatur ab exercitato in arte viro cl. PEU *s*) cum ea, qua

p. 59-86.) qui ipſe (op. cit. T. I.) obliquitatem vteri ad dextrum latus obſeruauit. — Vtut tamen ſit magna SMELLIE fides eſt, qui 1150 per vitam ſuam partubus adſtitiſſe refertur, quum DEVENTERUM raro in auxilium vocatum fuiſſe conſtat (vide SMELLIES *introduction.*). Accedit hic quod SMELLIO longe alia fuerit parturientes collocandi ratio, quae ipſius mali detectioni obſtat. Neque porro alii Angli obliquitates vteri magni faciunt, vt laterales imprimis vix verbis, ne dicas capitibus pertractent; ita JOHNSON, PUGH, HAMILTON. Mirum tamen eſt, quod inter Anglos, SMELLIE coaetaneus, B. EXTON, noſochomii obſtetricii praefectus medicus, non ſolum plenius ac apud alium vix reperiatur, omnes diuerſas vteri obliquitates recenſeat; verum etiam propriis ſingulas caſibus illuſtret; DEVENTERIANAE tamen doctrinae admirator. (Eius *New and general Syſtem of Midwifery.* in four parts. Lond. 1753. 8. p. 88-104.) Licet itaque ex his conſtet, obliquitates Anglis prorſus non ignoratas, imo ipſis obſeruatas fuiſſe, tamen id ſaltim ex his deduci poteſt, rarius hoc malum in Anglicis terris obuiam eſſe; vt itaque probabilitati coniecturae nil decedat.

p) Qualisnam vero cauſſa ſit huius frequentiae vteri dextrorſum fundo ſuo obliquati in recentiora vſque tempora aenigmatice propoſitum fuit; licet iam anatomico cultro eruta fuerit 1742 a b. HUBER (*Commentat. de hymene et vagina vteri rugoſa* p. 17.) qui olim in anatomico theatro *Gottingenſi* HALLERI a lateribus inciſor fuit; et quam in inteſtini recti, vnaque cum ea parte coli, quae ſub S. Romani nomine venit, in ſiniſtrum latus deſcenſu, quo vterus dextrorſum cedere cogatur, inuenit. Eandem opinionem dein in Elementis ſuis recepit b. RÖDERER; et accuratius adhuc exculta eſt a binis Gallicis ſcriptoribus SOLAYRES et BAUDELOCQUE (*l'art des accouchemens* T. I. p. 93. 94.) — Interea tamen haec obſeruatio non ita conſtans eſt, vt ne exceptionibus ludat. Ita in quatuor aut quinque exemplis ſe vterum vidiſſe (de ſano, non impraegnato dicit), qui potius ad ſiniſtrum latus acceſſerit affirmat GÜNZ (*proluſ. de vtero et naturalibus foeminarum.* p. 4. Lipſ. 1753.); et idem annotat "quod ſi vterus inueniatur ad ſiniſteriorem partem conuerſus, inteſtinum ad dexteriorem recuruatum eſſe" (p. 5.) — Vteri (puellae 14 annor.) dextrorſum inclinantis ob ſingularem colli vteri incuruationem recentioribus adhuc temporibus obſeruatum et depictum ſpecimen reperitur in J. O. JAHN *de ſitu vteri obliquo* diſſ. Helmſtad. 1785. 4. in tab. adiecta.

r) Ita BURTON, SMELLIE, JOHNSON, HAMILTON ſuo quique loco citati, quibus adhuc accedunt PUGH *Treatiſe of Midwifery.* Lond. 1754. p. 8. EXTON p. 59.

s) *La Pratique des accouchemens.* p. 108.

qua alias ad incidendam ani fiſtulam vtuntur chirurgi. In hac autem ſitus ſpecie prolem a poſteriore excipi ab obſtetricante conſentaneum eſt.

§ 45.

Nimium tamen modo memoratam ſpeciem a ſolito et vſitato more deflectere, quam vt mulieres ipſa conſueſcant, facile perſpicitur. — Obſtetricanti aliquam commoditatem affert, quum pronis manu cubitoque peracta exploratio facilius cedat, quae minus hoc quam alio modo distorquetur *t*). Erant hinc, qui infante pedibus praeuium ſe offerente leuaminis quid pro obſtetricatore ſperabant *u*). At huic conſilio limitationem adiicies, cum ad artis correctiora praecepta *w*) manum oporteat pro pedum vario ſitu modo ſupinam, modo pronam introduci; pronam, vbi calces oſſa pubis reſpiciunt; ſupinam iisdem ad os ſacrum vergentibus. — Quibusdam in caſibus hoc vti ſitu prae aliis conducturum eſſe aeſtimandum eſt: ſiquidem orificium vteri ad anteriora vergit (ſitum vteri ad poſteriora hunc dicunt *x*). Qui autem aliis in mentem venerit, quod in eadem obliquitate reſupinari foeminas voluerint, non comprehendo *y*). — Haud prorſus inepte hanc ſitus ſpeciem commendat DEVENTER, vbi vmbilicalis funis praeuius, caput inter et ſacrum os intercipitur *z*). — Quare autem is ſitus in auxilium vocetur, ſicubi valgi aut vari mulierem deformarint, nimis ab aliquo [PEU] *a*) vniuerſaliter dictum eſſe videtur. — Pronas vult collocari parturientes, quarum vaginae vlcere dehiſcunt, alius *b*); ſcilicet ne plaga exulcerata a foetu perfricetur, et dolor dolori ſuperaddatur. Quid, vbi exulceratio aut in anteriore vaginae pariete ſedem ſuam fixerit, aut vndique malum vaginae ſuperficiem defoedauerit? Non itaque multum hic a ſitu poſſe praeſtari exiſtimabis, ſiquidem caput infantis vaginam vndique expleuerit.

t) GÜNZ. *de comm. part. ſitu.* p. 46.

u) GÜNZ loc. cit. "cauſſam et rationem „hanc allegant, pedes infantis, qui manu „immiſſa conquiri debeant, et qui vel ideo „difficillime in quocunque ſitu deprehenda„tur, quia manus brachiumque in anguſta „illa flexuoſaque via ita, vt ſtupida fiant, „comprimantur, cum fundo vteri ſuper oſſa „pubis pendere, adeo manu ſupina immiſſa „minus contigi poſſe; contra ſi manus prona „demittatur, quod in prono mulieris ſitu „fiat, et conquiri pedes et attrahi poſſe, in „hac re omnes Medici Anglos ſequi, mulie„resque pronas collocare debent, ex eorum „praeceptis."

w) STEIN *Pract. Anleit.* § 366.

x) IDEM ibidem § 353.

y) MAURICEAU *Obſervations ſur la groſſeſſe* rel. Obſ. XVIII. CCCLXXI. CHAPMANN *eſſay of Midwifery.* Caſ. V. et VI. GIFFARD *Caſes* CXXX.

z) *Nouum lumen obſtetric.* Cap. 38.

a) L. c.

b) EUCH. RHODION *de partu hominis* c. 4.

§ 46.

Quartum nunc foeminam parturientem, ad partum, figurandi genus volo, ſcil. quem ex aliquorum praeſcripto *inſidendo*; et primum quidem I) in genua alius, peragat. Hanc ſitus ſpeciem in Batauia quondam legimus adeo commu-nem fuiſſe: vt PETRI FORESTI *c*), temporibus 1599. Delphenſes mulieres mer-cede conducerent, quae in gremium, enixuras, exciperent. Quem morem ibidem et anno adhuc 1691. obtinuiſſe confirmat C. SOLINGEN *d*), qui has mulieres proprio termino *Schootſters* i. e. mulieres alias in gremio fouentes, dicit, appellatas fuiſſe. Idem hic ſitus eſt, quem inter Italos pauperibus im-primis commendat SCIPIO MERC. *e*). In Anglia adhuc nouiſſimis temporibus huic ſitui locum conceſſum fuiſſe, ex hiſtoriis vidimus, quas CAR. WHITE *f*) enarrat, cui foeminae hoc modo prolem enixaa "*delivered upon the knee of an aſſi-ſtant*" continuo dicuntur. At eumdem ſitum iam optimum commendabat BENJ. PUGH *g*), quocum conſentit AB HALLER *h*), qui hunc ſitum ſe aliquoties exper-tum fuiſſe de ſeipſo dicit, mariti puta potius, quam obſtetricatoris munere fun-ctus. DE LA MOTTE hunc ſitum ad partus tardiores commendat, eumque mul-tis laudibus extollit *i*). Ad ipſum autem ſequenti modo foeminam adaptat: "Mulier fortis in ſella ſedet brachiata, parieti admota, ipſius cruribus diuarica-„tis, ſuperinſidet quae foetum gerit, eamque dicta mulier ſub axillis amplectitur; „et ne nimium pectus a lateribus comprimatur, puluinar huic et brachiis ample-„ctentibus interponitur; pedes firmiter tenentur, genua eleuantur, et diducun-„tur — Et hocce modo iam ingruente proximo nixu ab infante parturiens li-„berabatur."

§ 47.

e) Opp. omn. Francofurti 1660. fol. p. 749. Lib. XXVIII. Obſ. 70. de partu dif-ficili ex magnitudine facto. Commendant hunc ſitum ad ani et vteri maiorem amplifi-cationem, vt extra moueri cauda poſſit. Quam ob rem mulieres non debeant inniti in illa parte, ſed lumbis vel coxis ſuſtentari a viris fortioribus per brachia. "Noſtrae Delphen-„ſes mulieres habent mulieres fortes ad „ſuſtentationem deſtinatas, vt praegnantes in „ſinu ſedeant vel potius libere ſuſtineantur, „vt ſic facilius parere poſſint. Nam quum „ſedent vel decumbunt illius oſſis, caudae, „amplificatio impeditur."

d) *Ampt en Pligt der Vroedvrouwen* p. 369. *Hier in Holland, in ſommige Ste-den, hebben ſy expreſſe Vrouwen, Schoot-ſters genaemt, die haer in plaets van een Kraem Stoel laten gebruyken, en op welckers ſchoot de Vrouven verloſt werden.*"

c) *La Commare* l. c.

f) *A treatiſe on the menagement of pre-grant and lying in women.* London 1773. 8. Caſ. XI-XV.

g) *Treatiſe of Midwifery.* p. 7. vbi hanc ſitus rationem *poſture* vocat, "*which I have offen found to be a very advantageous one; in a long tedious difficul labour.*"

h) *Bibliotheca Chirurgica.* T. II.

i) Lib. II. Cap. 12. Obſ. 120. "C'eſt ma ſituation favorite" dicit de ipſo "dans le tra-vaux longs."

§ 47.

Vtut tamen fit, varia huic ſitus ſpeciei ineſſe, quae ipſum aegre admittant, mox apparebit. Eſt enim, quod fulcra deficiant, tum quibus pedibus inniti, tum quae manibus arripere poſſet parturiens. — Opus itaque eſt pluribus iisque adiutricibus manibus, quae ſiue ad femora ſiue ad brachia ſuſtentanda praeſto ſint. Peccat hinc aduerſus ea, quae putabamus, merito a ſitu commodo paucisque indigente hominibus, exigi poſſe. Quis aſſiſtentis puerperamque excipientis vice fungatur? num maritus, vtrum mulier. Pauci maritorum erunt certe, qui excruciatae ſuae mulieris dolores ferre, imo ipſam in gremio ſuſtinere poſſint, quin animo linquantur. Innotuerunt mihi, qui ne aſpectum quidem perpetientis maritae ferre potuerunt, ne dicam, eam vim eumque numerum nixuum. — Virum, robuſtum, ſubſtituunt alii; quod verecundiae repugnat. — Obſeruationes WHITII numerum ſiſtunt haud mediocrem infelicium caſuum, quorum, imprimis ob placentae ſolutiones, quae inde naſcebantur, difficultates — triſtes euentus fuerunt. Non mirum hinc, quod ipſe cl. WHITE *l*) hunc ſitum a natura parturientium maxime alienum eſſe iudicauerit. Munditiei quoque aduerſatur, ſiquidem, vbi aquae emanarint et ſanguis proruerit, tres in periculo ſunt, ne inquinentur.

§ 48.

Altera ſpecies infeſſus eſt, quando ſella vtitur, ſiue vulgaris ſit iſthaec et alios vſus habens, ſiue proprie ad hunc ſcopum excogitata et affabre facta.

At penſitatis aliquantisper iis, quae ſuper hac ſpecie diſputari poſſint; et comparatione adiecta earum, quae pridem recenſuimus, mox inuenietur; et munditiei maiorem ſellae inſidentibus gradum eſſe; et ſi fulcris ſuis rite inſtructa ſella ſit, minori ipſam adiuuantium numero indigere imo et reliquis incommodis; quae aſſidentis ſupra et parturientis erant, ſella vtentes ſuperſederi.

§ 49.

Qualia tamen cunque ſint iſta commoda, ex nouo hoc ſitus genere redundantia, quae ſiue a parte obſtetricantis ſiue parturientis afferantur, id tamen negandum non eſt, *Inſeſſum* ſtricte ſic dictum (eum verum talem vocamus, in quo femora cum abdomine ſub angulum rectum incidunt, et qualem ſellae perverſe conſtructae ſaepius dictitant) variis contaminari malis atque damnis, non

 certo

l) WHITE Caſ. XI - XV. Quibus recenſitis, expreſſis verbis adiicit: "women in a ſtate of nature would not think of bein delivered in a upright poſture or upon the knee of an aſſiſtant."

certo minoribus iis quae ſuo loco in alio ſitus genere, quod erectae pedibusque inſiſtentes ſequuntur, vituperauimus, qualia partuum praecipitationes, profuſiones ſanguineae, inuerſiones, vteri prolapſus. Pone enim faeminam erectam aliam, aſt in pedes inſiſtentem, aut genubus fultam; alteram aſſidentem ita vt femora ad truncum recta incidant, quae ad genitalium diſpoſitionem eadem haec erit, aut certo non multum diuerſa.

Verum ex his, quare aſſidentis mulieris ſitum non ſolum fugerint, verum etiam in exilium miſerint multi adeo auctores, effectus ſimiles aut prorſus eosdem, quos triſtes alias erectis inque pedes inſiſtentibus mulieribus accidere animaduertimus, commemorantes, in propatulo eſt.

§ 50.

Ex his autem inducimur eum ſtricte ſic dictum inſeſſum prorſus reiiciendum eſſe, et loco ipſius *quintum* ſitus genus ſubſtituendum, ex binis, tertio quartoque conflatum; i. e. neque aſſidentis prorſus, neque ſupinae mulieris, qui ob praeſtantiam ſuam ab omni fere aeuo commendabilis videbatur non infimi ſubſellii auctoribus *m*). Vtpote qui ſitus ab altera parte ea incommoda, quae partum nimium praecipitem dant, mitigat; ab altera vero vtique iis indulget, quae ab inſeſſu ſtricte ſic dicto in partus accelerationem boni ſperari poſſunt, a foetus deorſum tendentis aucta grauitate *n*).

§ 51.

Et his quidem ab inde § 30. pro ſcopo ſatisfeciſſe me arbitror iis, quae ad diuerſa ſitus genera pertinent. Omnibus autem ſimul ſumtis, quae hactenus prolata ſunt, ad certa quaedam momenta redeunt, quae in adhibendo qualicunque ſitus genere vnicuique obſtetricandi probe ante oculos obuerſentor: Aliqua nimirum horum ſituum genera ſontica, imo prorſus periculoſa et cum vitae diſcrimine, tum infantis, tum matris eſſe iuncta; quale genus erecti et iſtius imprimis, quo vtens pedibus parturiens inſiſtit.

Ex

m) Moschion Cap. 13. Ranchinus *de morbis in partu,* p. 134. *Galli* inprimis Paraeus *de hom. generatione* Cap. 26. Mauriceau, Amand, Peu p. 162. Portal *pratique des accouchemens* p. 36. Cf. Günz p. 17. not. *i.*

n) Et hoc quidem boni ineſſe *Gallorum* ſitui agnouit etiam Smellie, lateralem ſitum alias laudans, *Treatiſe* p. 202. In this poſition there fore, inquit, the weight of the waters, and after the membranes are broke, that of the childs head, will gravitate downwards, and aſſiſt in opening de parts. Quod idem confirmat ex nuperis Anglorum obſtetricatorum Celeberrimus Denmann *on natural labours.* Lond. 1786. p. 28.

Ex diuerſis tamen ſitus iſtis generibus eorumque ſpeciebus; aliqua eſſe; quae ſuas ſibi *indicationes* et *contraindicationes* ſumant; quae partim peculiari cuiuis compagis muliebris conſtitutioni; partim aliquibus in ipſo partu ſuperuenientibus; partim topicis genitalibus vitiis (quorum ſiue ad augmentum ſiue reditum peruerſi ſitus vſurpatio anſam praebebit) ſuperſtruendae ſunt. — Quae aſthmaticae et hydropicae his erectior *o*) poſitura conueniet; — quae ad animi deliquia procliues, et quae conuelluntur facile, his decliuior; nec non, quarum inferiores artus tument. — Quibus praeceps partus minatur aut ſanguineae profuſiones ſuperueniunt, his decumbendum; nec non iis, quarum partus vteri aut prolapſus aut inuerſio inſequitur. — Quibus obliquitates ſunt, pro ratione obliquitatis ſitus reſpondebit, ex aduerſo oppoſitus. Ita quae vaginae prolapſu, ſiue integer ſit iſte, ſiue completus ſiue imcompletus, dedecorantur erectus ſitus concedendus eſt nullo modo. Neque aſſideant, quarum prolapſus ad anteriora eſt; neque pronae cumbant, quibus in poſteriore pariete idem. — Imo ſi integer eſt i. e. ab omni parte dictus prolapſus, capite et humeris humiliores accumbat, clunibus eleuatioribus *p*). — Neque iis, quarum vaginae parietes vlceribus dehiſcunt, perinde erit, an locus, quem vlcus perreptat, a parte foetus, qui vaginam permeat, prematur nec-ne; vt ſaltim aliquod mali lenimen ſperes, quando in iis partus temporibus, quod tertium et quartum aſſumitur, in contrariam partem alterique oppoſitam decumbat.

§ 52.

Interea tamen, niſi ex modo prolatis quaedam nimium vrgebunt, plures conueniet ſitus tentare, quum absque *manifeſta cauſſa* fieri interdum obſeruatum ſit, quod in vna alteraue poſitura foeminae partum ad finem perducere nequiuerint, quum id in tertia, a prioribusque diuerſa, potuerint. Ita apud DE LA MOTTIUM *q*) foemina, quae neque erecta, neque aſſidens, neque ſupina partum expedire potuit; (adeo vt quaeuis ex his poſituris fruſtra tentaretur, et potius partum ex his retardari obſeruaretur) illico et mox peperit, ſimulac in genua prouoluta, brachiis manibusque puluinari ſuperimpoſitis, voci naturae obtemperaret.

§ 53.

o) Erectiſſimam, i. e. prorſus pedibus inſiſtentium commendat DE LEURYE apud TILLES *de Tourette* T. I. p. 110.

p) Ita malo medendum praecipit. EXTON pag. 105.

q) Livr. II. cap. XII. Obſ. 119.

§ 53.

Cedendum porro moribus eſt, ſiue priuati ſint iſti ſiue publici. Sunt, quae iam multis abhinc partubus, ſitus quodam genere cum felicitate vſae ſunt, ad artis fundamenta, neutiquam comprobando, quas ad nouum aegre adducas. — Apud quasdam vero nationes vniuerſa ſitus genera morem obtinuerunt.

Ita nos *Germani* inſeſſum parturientium ab omni fere aeuo amauimus, quem morem et *Batavi* ſequuntur.

Galli ſitu ex inſeſſu et decubitu quaſi mixto, potiſſimum a Dionysii et Mauriceaui temporibus in nouiſſima inde tempora vti pergunt, et qualem fere lectus dictitat; verum ita et in recentioribus temporibus *Itali* r), licet hi olim nullo prorſus definito generi adſtricti fuiſſe videntur, quum monitu Scipionis et aſſidere, et decumbere, et in genua ſeſe prouoluere parturientibus ipſorum permiſſum ſit s).

Angli ſuum ſitum lateralem reliquis anteponunt, quem et exterorum multi ſibi imitandum duxerunt, eum imprimis, qui ad ſiniſtrum latus.

Sueci, a quo tempore van Hoorn artem, ex Pariſina ſchola in patriam, invexit, vtplurimum *Gallico* ſitu; aut *Gallico* admodum appropinquante vti didicerunt. A quo autem tempore Cl. Schützercranz ex Anglia redux artem renouauit, anglicum ſitum paſſim arriſiſſe et aſcitum fuiſſe, a fido teſte comperii.

§ 54.

Denique probe reſpiciendum erit, qualisnam id partus genus ſit, quo ſitu vti velis; vtrum naturalis, an praeter naturam ſit iſte. Quorum in iſto probe attendendum erit, an ea, quae a parte virium eſſe debeant, rite ſe habeant, et ad artis praecepta. In hoc vero virium minor habetur cura, ita vt haec, quae ad virium fulcimen, ſubtrahi poſſint et omitti, ne ipſarum intempeſtiuo vſu turbas inferant iis, quae vertere et in melius redigere inſtituit manus operatoris.

§ 55.

Tandem, quo vsque in partus negotio peruenerit mulier, explorandum erit, priusquam ad certum quoddam ſitus genus ipſam adſtringas. Hac etenim ratione habita, ſitus genera diſtinguenda ſunt, *mutabilis* (*die veränderliche Geburtslage*) et *conſtantis* (*die ſtändige Geburtslage*), quam diuiſionem vidimus imprimis vrgeri a Cel. Stein s). Quonam itaque in partis ſtadio, num primo alteroue, an

r) J. Nessi *arte oſtetricia.* Venez. 1785. pag. 72.

s) *Theoret. Anleit.* § 562.

an tertio quartoue verſabitur, intererit. *Velamentis hinc nondum, ruptis, aut ad minimum ad disrumpendum pronis; neque capite adhuc ita delabente, vt orificii corona cingatur*, non videas, quid obſtet, vrgeatue, quo minus proprio arbitrio foemi-nam ſibi committas, ita, vt ſitu vtatur, quo velit. Poterit itaque ante aqua-rum eruptionem, modo aſſidere, modo decumbere, vel, quod laboris progreſ-ſum admodum iuuabit, modo ambulare. Quam primum vero dicta partus pe-riodus incepit, ſitui tradenda mulier eſt, quem tunc cum alio permutare, ob matris pariter quam infantis ſecuritatem, non oportebit; et quo continuo vten-dum, vsque tum ad finem partus perductus fuerit, et qualis eſſe debeat, quem *conſtantem* diximus.

Quod autem inter ambulationes totum partus negotium abſoluere optimum ſit, ad populares Gallicae gentis errores pertinere videbatur, quibus iam ſuo aeuo obuiam iuit, artis olim praeclarum lumen, LEVRET *t*).

Quae adhuc in initio laborum verſantur, cum fructu ambulabunt; naturae ſtimulum addentes, quum reliquis ſitus generibus, vtpote quietioribus, lentorem potius negotio induci animaduerſum ſit.

Crampo affectis (quod malum Galli *d'inquietudes dans les jambes* vocant) ambulatione mederi obſeruatum eſt. LEVRET.

Velamentis iam ruptis, ambulationibus porro nullus locus, tum ob partus accelerationem et praecipitationem, tum ex facili ab aquis defluentibus refrigerio.

Quarum artus inferiores aqua turgent, his ambulatio mali moleſtias adauget.

Neque iis, quarum partus ſanguinis defluxionibus comitari ſolent, ambula-tiones e re eſſe facile perſpicitur.

Breuis ſtaturae et male conformatae, ex MAURICELLI *u*) conſilio, ad ſitum conſtantem non admittentor, niſi tam ſero, quam fieri id poterit; aut certo non ante velamentorum disruptionem. Hinc per cubiculum ambulent, et, vires quantum permittant, brachiis ſeſe anterioribus ſuſtineant. Id enim facientes, facilius reſpirabunt, et dolores efficaciores reddent, quam in lecto ſubſidentes, quaſi in glomerem coactae. Ita vt ambulatio omnibus iis aduerſetur, quae et alias, vt iam ſuo loco dictum, ſitum erectum ſibi aduerſarium habent.

§ 56.

t) LEVRET *Eſſay ſur l'abus des régles gé-nérales, et contre les prejugés, qui s'oppoſent aux progres de l'art des accouchemens*, à Paris 1766. Art. IV. *de l'utilité et du danger de faire marcher les femmes en travail.*

u) MAURICEAU *Obſervations* p. 263. ed. 1721. 4.

§ 56.

Quae hucusque dixi, ad FIGVRATIONES praegnantium diuerſas potiſſimum referenda ſunt, ita tamen, vt vix coërcere me potuerim, ſellae lectiue mentionem paſſim iniicere. At altera pars eorum, quae ſitum conſtituunt, dicenda reſtat; illa FVLCIMENTA aut STABILIMENTA, quibus in data figuratione parturiens continetur.

Poſſes autem haec ipſa quidem in *actiua* diuidere et *paſſiua*. Quorum iſta talia ſunt, quae propria vis regit, homines puta; et quos iam dixi; quando aut ſitum foeminae in genua alius aſſidentis, aut quando foeminam erectam et in pedes ſiſtentem a pluribus iuuandam eſſe indicaui. Incommoda, qualia horum ſint, etiam ſuis locis tetigi; quum ob praegnantis verecundam naturam et ob multitudinem aegre ferantur.

Illa *paſſiua* vero inſtrumenta, hominum ingeniis excuſſa, aut *ſcamna* ſunt *menſaeue*; aut *lecti*; aut *ſellae*; aut ex binis poſtremo loco dictis compoſita, quae *lectiſellas* poſſes dicere.

Quorum omnium antequam integrum recenſum exhibeam, non puto, aliquid me humanae curioſitati prorſus indignum ſuſcipere, ſi earum hiſtoriam aggreſſurus ſim.

SECTIO II.

CAP. I.

Succincta cubilium ſediliumque obſtetriciorum hiſtoria. a)

§ 57.

Vti cuiusuis hiſtoriae pertractionem faciliorem reddi putant maxime hac ratione, quando feries earum rerum, quae inter geſtas referuntur quaſi in ſtadia ſua diſpeſcitur, ex quibus, qualis ſibi campus emetiendus ſit, veluti e loginquo aſſequi, et in quibus ſub decurſu ſubſiſtere et ab ingreſſo itinere ſeſe colligere poſſit is, qui perueſtigandae hiſtoriae operam in ſe ſuſcepit; ita etiam e re eſſe putaui, ſi morem hunc ſecutus ero eorum, qui hiſtorias pertractandas ſumſerunt. Quod conſilium eo minus reor reprehenſum iri, quo maiorem copiam eorum, quae ab omni fere aeuo hac in re excogitata ſunt, ſub ipſo decurſu disquiſitionis meae offenderim.

Tria autem potiſſimum perſpicere contigit: tardos nimirum progreſſus, vbi ſummum attingere putes facillimum fuiſſe, quum quotidiana experientia meliora edocuiſſe confeſtim debuerit; deinde vero quantum et hic inuentis et inuentiunculis luſerint ingenia humana; hinc reperto iam, quod optimum fuit, repertum fuiſſe haud raro deterius.

Prima itaque inuentionis *epocha* ea ſit, quae ſellae aut machinae cuiusvis ad partum ſubleuandum peculiariter conſtructae prima, vtut obſcura veſtigia ſiſtit.

Altera eſt, qua ſellae obſtetriciae propria voce prima mentio fit.

Tertia demum, vbi ſellae obſtetriciae prima effigies exhibetur; a quibus inde ad nouiſſima tempora hiſtoria perducenda erit.

 § 2.

a) Varia imprimis ad antiquam cubilium ſediliumque hiſtoriam facientia contulerunt J. G. Güntz comm. cit. *de commodo partu-rientium ſitu* pag. 7 - 20. et b. D. W. Triller *Clinotechnia medica antiqua*. Francof. et Lipſ. 1774. 4. § 142 - 170. p. 203 - 246. et Nicol. van der Eem diſſ. med. inaug. *de artis obſtetriciae hodiernorum prae veterum praeſtantia ratione partus naturalis*. L. B. 1783. 4. Cap. II. *de adminiculis in partu*. pag. 45 - 54.

§ 58.

Inter ea vero, quae primae periodi veſtigia principem locum obtinet vnus ſacri codicis: Exodi II. cap. 2. qui ad crudeliſſimum PHARAONIS mandatum reſpicit et quem ita vulgo interpretantur. "*Hebraeis parturientibus ſi opem feratis, easque ſuper ſellas videatis, quod ſi maſculus fuerit ipſum occidite.*" Qui locus ita verſus vtique oſtendit, ad partus negotium expediendum ſellas Hebraeis in vſu fuiſſe. At quum locum etiam ab aliis *b*) pro ſcopo noſtro excitatum inuenerim; neque et vſque in recentiora tempora *c*) ab omnibus vno eodemque modo; ego quidem, licet conſentientes vtique ad ſenſum exhibitum reperierim plurimos, diuerſas in partes trahi deque eo, quod hac in re pro vero aſſumendum ſit, dubius fieri caepi. Et dein quum propriis me viribus hac ex diſſenſione expedire non poſſe facile perſpicerem; adeundum mihi aliquem eſſe et talem cenſui, qui linguarum earum, a quarum cognitione me remotiſſimum teneo, probe gnarus et in interpretandis ſacri codicis locis verſatiſſimus eſſet. Neque in quem poſſe me felicius incidere, quam in Illuſtrem EICHHORNIUM, hac in vniuerſitate linguarum orientalium publicum celeberrimumque profeſſorem, non perſpexi, nec habui. Quare adii virum humaniſſimum, cuius conſuetudinem, quotiescunque ea mihi contigit, ſemper ſuauiſſimam expertus ſum, ipſique ea, circa quae haeſitarem, propoſui.

At ille, non ſolum locum huncce ad veterem et vulgarem interpretationem vtique ſibi ſtare, illico iudicauit, verum etiam ſententiae ſuae demonſtrationem adhuc peculiari ſcheda communicauit, ita vt quibus impraeſenti viri cl. humanitatem melius remunerari, vel quae meliora nunc ad illuſtrandam ipſam huius loci interpretationem afferre poſſim, quam propriam viri cl. in hunc locum commentationem meis adiiciendo, non videam; ſunt autem ipſius viri cl. verba haec: "OBNAIM erat Hebraeis vocabulum proprium certi ſedilis generis vel parturientibus foeminis, vel obſtetricibus in partu ſublevando, maxime et figulis (Jerem. XVIII. 3.) conſueti. *Sedilis* notionem imprimis commendat locus Exod. I. 16. vbi vel obſtetrix vel foemina parturiens eſt *ſuper* Obnaim: hinc facile patet in altero etiam loco Jerem. XVIII. 3. in ſedilis notione eſſe ſubſiſtendum (*vidi figulum figulina formaturum* SEDILI *inſidentem*), quamquam orationis contextus *rotam* figuli admitteret (*vidi figulum in* ROTA *efformantem*), ſiquidem (quod tamen analogiae legibus repugnaret) OPHAN *rota* ad OBEN explicandum in ſubſidium vocare liceret. Reliqua omnia

b) EEM, TRILLER, GÜNZ. l. c.

c) Ita in verſione, quam adornauit vel ipſe Eques illuſtris MICHAELIS, *Teutſche Ueberſ. des alten Teſtaments.* T. I.

omnia quae de Obnaim, ad locum imprimis Exodi I. 16. illuſtrandum a viris doctis ventilata ſunt, ad meras coniecturas redeunt. Incertum adeo eſt, vtrum de *ſedili obſtetricis* an de *ſella parturientis feminae*, ſermo ſit. Poſſes etiam vertere, vel *ſi vos ſedili* (vobis obſtetricibus conſuetae) *inſidentes cernitis puerum naſci* vel *ſi* a foemina *ſellae parturientium* inſidente *cernitis puerum naſci*, quoniam nec Al Obnehem *ſuper ſedili veſtro* (obſtetricum) nec Al Obnehem *ſuper ſedili earum* (feminarum parturientium), ſed ſine addito pronomine Al Obnaim *ſuper ſedili* (ſi cernitis) legitur; hinc coniicere poſſes fuiſſe Obnaim *ſedile et parturientibus feminis et obſtetricibus* ad partum ſubleuandum *commune*, adeoque ex duabus partibus compoſitum, quam coniecturam etiam forma nominis dualis commendare videtur. Idem transferri poteſt ad Obnaim *figuli*, vt ſimilis in loco Jeremiae obuia ambiguitas tollatur: *vidi figulum ſedili*, ipſi ſtructurae ad figulina formanda aptatae iuncto, *inſidentem*. Dicat forſitan aliquis, haec tamen veterum interpretum ſuffragiis non confirmari. Verum nec opus eſt, vt eorum auctoritatem multum curemus, cum luce meridiana clarius ſit, eos Exod. I, 16. de ſenſu exprimendo magis, quam de verſione verbali ſollicitos *d*) fuiſſe; et Jerem. XVIII, 3. aſſumta rotae notione ex Ophan, nomine prorſus alio *f*), ignorare ſe falſos eſſe, quid Obnaim vere ſignificet. Nec facilis et certa vocabuli, de quo quaeritur, etymologia in promtu eſt; adeoque ipſi punctorum vocalium auctores in eius origine definienda haeſiſſe, cenſendi ſunt ideo, quod ex Ophan, vocabulo prorſus diuerſo, *Komets*, primae conſonanti adpictum, petiiſſe videntur. Ex vulgari quidem lexicographorum ratione thema eſt, Ebn *lapis*. Et potuit etiam, ſi in prima antiquiſſimorum hominum, quibus primam linguae hebraeae culturam debemus, ſimplicitate parturientes foeminae *lapidi*, tamquam ſellae a natura peractae, inſidebant, parturientium ſedile poſtea artificioſius a lapide Ebn nomen ducere; fieri etiam potuit, vt progreſſu temporis ſella ad parturiendum commodior ex duabus partibus compacta pararetur, adeoque nomen ad illud deſignandum frequentatum formam dualem indueret (quae tamen deriuatio punctorum vocalium auctori non placuit, quoniam ſcribere noluit Abnaim); verum quid impedit, quo minus *Aleph* praeformatiuum ſit, vt in ipſo Ophan multisque aliis adeoque a themate *exſtruxit* verti poſſit: 1) *ſtructura*, dein 2) *ſedilis quoddam ex duabus partibus compactum genus*, parturientibus maxime et figulis frequentatum. Saltem ex eodem themate dialectus Arabica

 formauit

d) "Alexandrini: *καὶ ὦσι πρὸς τὸ τίκτειν* (ad ſenſum bene). Vulgata: *et partus tempus aduenerit.* Syrus: *cum incuruat ſe ad pariendum* Chaldaeus *in ruptura*" quod reſponderet Exod. Cap. 38. vers 27. 28. 29. 30.

f) "Cum rota contulerunt: Chaldaeus, Syrus, vulgata et Hieronymus in commentario."

formauit *ſtructurarum* nomina, quae ad conſidendum inſeruiebant, v. c. Mebnáh et Mabnáh *ſtratum* peculiariter *ex corio concinnato factum*, imprimis *ad quod conſideri ſolet*, *aut latunculis ludendi*; vel *cibum capiendi ergo*." Et haec quidem ſunt, quibus lucem aſperſit, tenebroſo loco vir cl. Licet autem iam ante eum inter alios maxime vel ipſe b. Triller *g*) anniſus fuerit, vt eundem ſenſum loci vindicaret, tamen haec eadem, quae protulit, ad meras coniecturas pertinere, neque ex puris ſolidorum interpretum (vtpote veterum Judaeorum, Rabbinorum) fontibus hauſta eſſe, vir illuſtris adiecit. Neque videndum eſt, quo iure ſtatim eandem ſellam plicatilem voluerit felix alioquin verbi diuini interpres Erbelotus *h*), etſi eiusmodi ſellae plicatiles inter vtenſilia *Romanorum* recenſeantur. *i*)

§ 59.

Prolatis nunc iis, quae ad ſacri codicis veſtigia, excitanda eſt ſeries locorum in ſcriptis *Hippocraticis* reperiundorum, non quidem genuinis, verum iis, quae ex *Halleriana* cenſura ad dubia ſaltim referuntur. Et primus quidem locus extat, in libro *de ſuperfoetatione*, quem librum, vna cum illo Sorani, fere primos habent rei obſtetriciae graecanicae fontes *k*). Locus ipſe autem ita ſe habet: "At ſi ſecunda (*χωρίον*) non facile excidat, ea, quoad fieri poteſt, ad foetum propendeat, puerperaque veluti ſuper laſano *l*) collocetur. Sit autem in altum quid exſtructum aut comparatum *m*), vt foetus propendens ſuo pondere vna ſecum eam extrahat."*n*) —

Alter vero locus eſt in lib. I. *de morbis mulierum* cap. 67. "Inſidere oportere foeminam vbi partus dolores maxime vexant." In eodem autem capite *lecti* ipſius famoſi, *concuſſibilis* conſtructionem atque vſum proponit ſequentibus:

"Quaſſatio (*σεισμοι*) quoque fuerit ex vſu" (de abortu autem dicit, ſi propter grandaeuitatem aut ſitum transuerſum foetus ex vtero diſcedere nolint). "Concutere (*σεειν*) autem hoc modo poſſis:

Deli-

g) *Clinotechnia med. antiq.* vbi ab inde pagina 225 - 244. verborum nimietate vix perferrendus.

h) Apud Almeloveen *antiquitatum e ſacris profanarum ſpecimen.* Amſtelaed. 1686. p. 92.

i) Apud Chimentellum *de honore Biſell.* in tabulis adiectis. Graev. *theſaur. antiq. Roman.* T. VII.

k) Süe *Geſchichte der Entbindungskunſt aus d. Franzöſiſchen* T. II. pag. 8. et 24.

l) Pro ſella familiari ad ventris onera exoneranda ſumi videtur aut tripode ollario, aut ſimili quadem in altum exſtructa ſella, in quam puerpera deſideat, vt foetus ſua grauitate dependens, vna ſecundam ſecum extrahat. Foes. oec. Hippocr. ſub voce *λασανον*.

m) Quod ipſi laſano impoſitum ſit; vt diſtantia matris ab humo augeatur, et foetus, ſibi commiſſus, eo liberior proprio pondere dependeat.

n) A quo tamen conſilio certo abhorrebit emendatioris artis quisque peritus.

"Deligendus primum eſt lectus o) editior (κλίνη ὑψηλὴ) p), isque firmus, et in quo, quum ſubſtraueris, mulierem decumbere iubeas ſupinam."

"Tum vero pectus et axillas etiamque brachia antrorſum comprehendere faſciis, aut lato quidem molliori loro ad lectum alligare, et cingere eodemque modo crura ſimul recuruare, et ſic continere iniecto in malleolos vinculo."

"Quae quum apte compoſueris, ex tenerioribus virgultis faſciculum conficies, aut huic quid ſimile quid tam belle adornabis, vt qui humi lectus conſternitur, nulla ex parte conſpicuus eſſe queat, vt ipſe pedibus tamen, qui ſub capite q) ſunt, humo adhuc inhaerens ſit ac contiguus." r)

"Ac poſtea tum mulieri praecipiendum erit, vt manibus lectum prehendat, ac etiam edito ad caput cubili ita ſtatuatur, vt videri poſſit in pedes ipſa propendere, attamen ea cautione atque induſtria, vt mulier non corruat."

"Iisce peractis et ita conſtitutis ac elato in ſublime lectulo, exinde ſupponenda erunt a poſtico phrygana, quae, quam maxime fieri poterit, erectum lectile contineant."

"Vt vero etiam mulieris pedes terram non contingant, illi intus in conſtrato lecto et phryganis s) conſeruentur."

"Vir autem robuſtus eum attollat, hinc et illinc ſcilicet ex vtroque pede t), vt ad perpendiculum lectus decidat plano et aequabili modo, ne quid in eo rumpatur diuulſum."

"Concutere vero tum maxime oportebit: ſimulatque pariendi vrgebunt dolores."

"Quodſi embryones ſtatim exciderint ceſſandum prorſus: ſin minus, decet ex interuallis concutere et in lecto ſuſpenſam continere."

"Itaque explicato modo iſta peragenda videntur, ſi ipſi decedant et recte et natura duce."

Tertius et huic ſimilis locus eſt libri: *de foetus in vtero mortui exſectione* t); poſtquam enim de foetu transuerſim poſito, aut brachio prodeunte, ſermonem praemiſit "concutiendam hoc" (a priori diuerſo) "modo mulierem ſuadet:

Super

o) Siue potius *Sponda*. Cf. Dammii *lexicon Homer*. et *Pindar*. ſub hac voce.

p) Veteribus, ſaltem latinis duplex lecti ſpecies fuit *cubicularis* et *diſcubitorius*, quorum hic illo ſublimior. Varro *de ling. lat.* Lib. VII.

q) Προς κεφαλην textus graecus habet ap. Cord. Rhem. quare melius vertes *ad* vel *ante caput*.

r) Ita quidem locum vertit Petrus Cordaeus Rhemus, (qui in dilucidando hoc libro multam operam poſuit), aegre tamen intelligibilem, ni mauis ita verti: "*ne videat parturiens* lectum prorſus humi ſubſterni; (ita tamen, vt pedes (lecti nimirum) ante caput parientis humum (reapſe) attingant i. e. *non interpoſito aliquo faſciculo ex virgultis.*

s) "Sarti tecti" — quod translatores adiiciebant — ſuperfluum, quum de his textus graecus ſileat.

t) Περι εγκατατόμης εμβρύε. Opp. Hippocr. edit. Charter. Tom. XII.

Super tenui linteo ſubſtrato mulier reclinanda: alio ſuperiniecto, quo eius pudendum obueletur: et vtrumque crus tenui linteo circumtegendum et vtraque manus. Duae autem mulieres vtrumque crus apprehendunt, et aliae duae vtramque manum, deinde eam ipſam non minus, quam decies concutiant. Poſtea vero mulier in lectum reclinetur, ita vt caput deorſum, crura autem ſurſum habeat et mulieres omnes, dimiſſis manibus, crura apprehendant, eamque crebro in lecto concutiant, facta in humeros reiectione, et in ampliorem locum foetus concuſſus conuertatur, vt naturaliter prodire poſſit."

Quartus denique eſt: libri I. cap. 66 *de mulierum morbis*: "Quum retrudere et vertere voles ſupinae reclinatae molle quiddam coccygis ſubſternere oportet, atque etiam lecti (κλινης) pedibus aliquid ſupponere, quo altiores, a pedibus decumbentis eſſe queant; ſed et coxae capite ſint altiores, nullum vero capiti ceruical ſubſit; adeo proſpiciendum, quum vero retruſus fuerit foetus et huc et illuc circumagatur, ſublatis lapidibus, pedibus lecti ſuppoſitis, et eo, quod coxis ſubditum fuerat; et lectum, et coxas in priſtinum ſtatum reſtituito capitique puluinar ſuppoſito, atque talia hoc modo curato."

§. 60.

Ex his autem *Hippocraticis*, ſiue vera, ſiue ſuppoſitia ſint, adductis locis, colligendum eſt: I. Inſeſſui multum dare Hippocratem, aut quisque citatorum locorum auctor ſit, quum a) non ſolum foeminas parturientes non niſi in vltimo partus tempore [nam hoc eſt: *vbi dolores maxime vexant*] *u*) inſidere mulierem perhibeat, verum etiam in b) placentae aegra ab vtero deceſſione, vt ſellae ſuperinſideat, ſuaſor ſit conſilii vtut mali. II. Sellae quidem, ad partum ex ſcopo affabre factae, mentionem ipſum iniecere nullam, at tamen ſellae etiam aliis vſibus inſeruientis, *recubitorii* nimirum, διφρȣ ανακλιτȣ, et *perforatae* ſimul, τετρυπημενȣ, aut *laſani*, λασανȣ, ipſius; ita vt hinc coniecturae, ſellas vere obſtetricias, ex laſanis ortas, multum roboris atque veriſimilitudinis accedat. III. Praeter ea loca autem, quae ad inſeſſum proprie reſpiciunt, adhuc bina alia occurrere, lecti famoſi et *concuſſibilis* merito dicendi *v*), propoſitionem exhibentia, cuius

u) *De morbis Mulier.* Lib. I. cap. 67.

v) Superſtruxit (qualis nimirum eſt iſthaec ſuperſtructio) concutiendarum parturientium conſilium, ſententiae, qua rationem foetus in matris vtero fere eandem eſſe ſibi perſuaſum habuit, qualis nuclei oliuae intra ampullam haerentis (qua comparatione vſus eſt in Lib. *de morb. mulierum*) et aegre excutiendae. "*Quemadmodum etenim*, inquit, *ſi quis immittat oſſiculum oliuae* (πυρῆνα) *in ampullam oris peranguſti* (λήκυθον μικοςόμον) *oleariam, non facile eſt, vt iſthinc transuerſum eximatur; eodem plane modo parturienti graue eſt, vbi oblique foetus vertitur: etenim difficile eſt* ipſum *exire.* Lib. I. Sentent. X. p. 144. ed. Cordaei. — Caeterum cum concuſſionibus ſuis multa ipſi quoque res eſt paſſim in *Libro de articulis*, quem conf. cum tabb. adiect. in ed. Charterii. T. XI.

cuius dein vſurpatio, vtut intempeſtiua et falſis innixa rationibus, ſcilicet ipſis *Hippocraticis* *w*) in recentiora tempora abiit, quin radicitus tolli potuerit. Ipſi autem concutiendi modi non minus, quam ipſae machinae concuſſoriae a ſe differunt; ita vt *violentior* prior, altera *mitior* ſit. — In quarto autem loco lecti, quem ad vertendum alias et nunc volunt (*Wendungslager*) primum veſtigium occurrere puto a nemine artis perito praetervideri poſſe.

§ 61.

At ex Medicinae veteris campo paullo recedendum et diſpiciendum de iis, quae a profanis circa haec tempora rerum ſcriptoribus in ſcopum noſtrum erui poſſint:

Proximus prioribus Plauti locus eſt, in ipſius *Truculento* *z*) reperiundus, vbi *Phroneſium* aſtuta meretrix loquens inducitur, quum vni ex amatoribus ſuis, militi imponere in animo habeat, ſeſe ex illo grauidam puerperium ſuum per hos dies, vbi abfuerit, transegiſſe. Ipſa eutem adhuc ſola eſt et vna cum famulantibus ipſam ancillis militem, cuius opes exhaurit, exſpectat, inter alia inquiens:

— nunc prius praecaueo ſciens
Eumque gero ornatum, vt grauida, quaſi puerperio cubem.

Et paullo poſt:

Eho Pithecium
Fac *a*) vt accumbam, accede; adiutare ſic decet puerperam.

Alius locus Propertii *b*) eſt, quem tamen aliorſum *c*) vertere poſſes: Vix etenim probabilitatis ſpeciem ſuſtinet, quod lectus *genialis* dictus, et, qui aduerſus collocabatur vnus fuerit idemque veteribus, etſi in loco Prudentii, quem infra adducemus, fulcrum geniale vix alias, quam pro lecto vero obſtetricio aut puerperali i. e. tali, in quo partus peragebatur, accipi poſſit; diſſuadent ſane aſſumtionem hanc: ea decora atque ornamenta, quae eos in lectus conferebantur, et quos geniales appellabant. Vix enim perſuaderis, eiusmodi adeoque pretioſos lectos rei inſeruiſſe, quae cum ſqualore erat coniuncta, qualis eſt parturientis labor et adminiſtratio. Niſi mauis eos lectos tantum

w) Nam aliquem concutiendi morem in Rossia adhucdum obtinere a fido teſte relatum eſt mihi.

z) Act. II. Scen. V. v. 21.

a) *Face accumbam* legit Taubmann.

b) Eleg. ad Paullum XII. lib. IV.

Si tamen aduerſum mutarit ianua lectum Sederit et noſtro cauta nouerca toro.

c) Cf. Sue *Verſuche einer Geſchichte der Geburtshilfe.* Th. I. p. 127.

tantum ad ſpeciem fuiſſe, inſtar funebrium lectorum, quibus et nunc vtuntur: vt iis, quorum intereſſet, ſignificaretur, partum matronae huius iſtiusue inſtare. Et ipſe locus, veluti publicus atque valetudini puerperae maxime adverſus, i. e. pone foras domus, diſſuadent: lectum hunc genialem eſſe potuiſſe eundem, in quo partum enixae fuerint. Alius demum VARRONIS eſt apud SERVIUM, qui *Pilumnum*, et *Pitumnum* infantum deos eſſe ait, eisque pro puerpera lectum in atrio ſterni, dum exploraretur, an vtilis (fortaſſe vitalis) ſi qui natus ſit.

Haec excipit locus apud CELSUM *d*), qui lecto transuerſim vti, attamen in foetu emortuo primus et ſequentibus docuit: "Oportet autem ante omnia reſupinam mulierem transuerſo lecto ſic collocare, vt feminibus eius ipſius ilia comprimantur: quo fit, vt et imus venter in conſpectu medici ſit, et infans ad os compellatur, quae emortuo partu id comprimit; ex interuallo autem paullatim dehiſcit." Qui lecti vſus in partu apud *Gallos* dein maxime inualuit.

Referimus quoque huc locum e puerilibus fere annis nobis obuium PHAEDRI *e*):

Inſtante partu, mulier peractis menſibus
Humi iacebat flebiles gemitus ciens
Vir eſt hortatus, corpus lecto reciperet
Onus naturae melius quo deponeret
Minime, inquit, illo poſſe confido loco
Malum finiri; quo conceptum eſt initio.

Quam veram eſſe hiſtoriam, lepide non niſi a noſtro verſiculis expreſſam, PLUTARCHO *f*) enarratam aliunde nobis poſtea compertum eſt.

Trahunt quoque huc dimidiatos *g*) *Juvenalis* verſiculos; at certo intempeſtiue. Poeta caecam Imperatoris *Claudii* mulieris, quae conſulem *C. Silium* peribat, virum formoſiſſimum, libidinem perſtringit, tantam, vt licet viuente marito i. e. imperatore et ipſa *Silii* vxore, palam, dicto conſuli nubi voluit et nupta eſt. Hinc vt moris erat in nuptiis publicis, i. e. non clandeſtinis lectus genialis i. e. potius nuptialis, et liberis gignendis, quam pariendis deſtinatus, publice exponebatur.

§ 62.

In haec fere tempora, ANTONINORUM, iudicante ita celeberrimo HEYNE, incidit notabile artis antiquae monumentum. *Sarcophagi* nimirum, cuius notitiam

d) Lib. VII. Cap. 29.

e) Lib. I. Tab. 18.

f) *Praecept. Nuptial.* et DIOD. SICULI Lib. IV. p. 284. T. I. ed. WESSLINGII.

g) Satyr. X.

notitiam praeſertim debemus CASPARO BARTHOLINO, Thomae filio, quae eidem anſam praebuit literatiſſimae ſcriptiunculae: " *Expoſitionis veteris in puerperio ritus h)* et quem ex inſigni antiquitatis theſauro Equitis CAROLI A PUTEO exceptum in aes incidi et dicti libelli in fronte apponi curauit. Eadem eſt, quam propriae commentationis fronti adiecimus. Matrem videmus ſellae inſidentem, et ab obſtetrice infantem lauari et *tolli*, quod tunc moris erat. Ex adſtantibus vna linteum tenet, quocum ſiue ſiccetur ſiue inuoluatur natus. Reliquae muſae ſunt, quae de natalibus infantis iudicant. Poſſes tamen dubitare aliquomodo, num ſella eadem ſit, in qua mulier partum peregerit. At vbi reſpiciamus ad reliquam imaginum iuncturam, ad lauacrum, ad vultum aut aegritudinis habitum matris parturientis ſimillimum, ad enodandum difficile non eſt, ſellam hanc eandem eſſe, qua modo ad pariendum mater vſa ſit. Quibus accedit iudicum communis *i)* conſenſus, qui graphicum hoc opus aut in theſauros *k)* ſuos retulerunt, aut qui illud pro ſcopo a noſtro haud abſimili *l)* commemorant. Num vero haec ſella peculiaris obſtetrica ſit, vtrum perforata, an vulgaris ad hoc certe difficile adducaris. Certe quae extus in ſella obuiam ſunt obſtetriciae omnino non ſatisfaciunt: dein quoque ſimilis ſellae formae depictae reperiuntur, de quibus tamen partus ſuſpicio abeſt *m)*.

Alterum reſtat monumenti antiqui teſtimonium *nummi* nimirum *genethliaci n)* ſic dicti Imperatoris ANTONINI PII, in cuius altera parte imperatoris ipſius facies cum thorace exhibetur; in altera, auerſa, puerperium ſolenniter celebratum, quod FAUSTINAE imperatricis eſſe interpretantur *o)*, quae ipſa ſeminuda; obſtetricemque a tergo habens, ſedensque conſpicitur. In lecti tamen potius anteriore eoque anguſtiore margine magis, quam, quod praepropere nimis TRILLERO arriſiſſe videtur *p)*, in ſella, quem praeteruidiſſe aeſti-

H 2 mandum

h) Romae. 1677. 8.

i) BARTHOLIN, MONTFAUCON, SPENCE.

k) Retulerunt autem in theſauros ſuos monumentorum apud veteres poſt BARTHOLIN. SANTES BARTOLI *Admiranda Romae*. Tab. LXV. MONTFAUCON *antiq. ſupplem.* T. III. et SPENCE *polymetis* Lond. 1747. Tab. XII. fig. 10. in qua elegantiſſimae omnium videntur imagines expreſſae, qui raptus veluti pag. 92. ita in pulcritudines huius graphici operis ſe. quentibus excurrit: *You ſee the Mother ſitting here, with much the ſame air that has been ſe often obſerued on the face of Mary of Medici after the Birth of Lewis the Firteenth in* RUBENS *famous painting in the Luxembourg Gallery.*

l) BARTROLIN, GÜNZ.

m) Ita quaedam ap. ALSTORPH Differt. *de lectis et lecticis veterum*. Amſtelaedami. 1704. 8. pag. 296.

n) Apud SEGUIN *Numiſmata ſelecta*. p. 127. vbi dilucidiſſime repraeſentatur, ex quo rediit in CUPERI *Obſeruat. critic.* Lib. II. cap. 9. p. 207. J. BARTHOLIN *antiquitatt. veteris puerperii ſynopſis*. Amſtelodam. ap. Wetſten. 1676. 12. p. 59. Extat quoque ap. VAILLANT *numiſmata praeſtantiora*. Vol. III. pag. 125.

o) Ita imprimis SEGUIN et CUPER.

p) *Clinotechnia medica ant.* p. 223.

mandum eſt lineam mediam et oblique per Nummum ductam, et lecti, vt videtur, longiorem marginem ſignificantem.

His accenſere poſſis tertium tabulae votiuae reliquias, figulinae, apud J. Ph. Tomasinum q) quam olim aſſeruatam fuiſſe in Muſeo V. C. Martii Mileſii Sarazani refert, inuentam autem *Nemi* fuiſſe, vbi celebre olim *Dianae* Templum, cui tamquam parturientium adiuuae ſacra fuerit. "Exhibet nimirum obſtetricem, quae dextra mulierem ſuſtinet fere nudam, habitu demiſſo; de quo *Plautus* in Truculento. "Eamque partus dolore" (ſeu doloribus poſt partum potius) "afflictam et pauidam" verbis fortaſſis *Ovidianis* ſic effatam.

Septem ego per noctes, totidemque cruciata diebus
Feſſa malis, tendensque ad coelum brachio magno
Lucinam ad nixus partus clamore vocabam.

"Puero autem iam edito matrem ipſam conſolari videtur; infantem gremio fouens." Interea tamen incertae non minus interpretationis, quam aetatis eſt dicta tabula. Quod enim ad hanc adtinet; poterit aeque in antiquiora tempora cadere; quam in recentiora eadem, at a rudiore manu depſta et ab egena familia in templo ſuſpenſa. Aliqua tamen vero ſimilia reddunt ſellam cui inſidet mulier eandem, in qua parturierit, fuiſſe, vt recens natus atque puſillus. Et nonne probabilius eſt, mulieres ſeſe in ea ſella, in qua pepererant, quam in alia effingi curaſſe, imprimis quum ſtatim a partu eiusmodi Vota perſoluerentur r)?

At omnibus ſimul ſumtis, quae ex dictis monumentis colligere poſſis, vt neutro nimium des, ſellae aeque ac lecti promiſcuos ad partum vſus fuiſſe veroſimillimo proxime accedere vides; aſt num eiusmodi ad partum ſellae peculiares et vere obſtetriciae fuerint, euictum non haberes; niſi

§ 63.

Accederet his apud Artemidorum Daldianum, ſub Hadriani et Pii temporibus s) viuentem locus, qui quantum quidem ſciſcitari potui ego, primus eſt, vbi ſellae obſtetriciae verae mentio iniicitur, ita vt dehinc nouae epochae, quam *tertiam* diximus merito poſſes initium deſumere et qui ita ſe habet. "Viſa eſt ſibi mulier quaedam (de qua ſomniante agit), quae filios ſibi gigni optabat, *ſellas* videre, *obſtetricarias* (διφρες λοχευαῖκς) quibus mulieres in puerperio (προς το αποτεκεῖν) communiter vtuntur, mari innatantes." — Apud

q) *De Donariis et Tabellis votiuis.* Ed. Patav. 1658. 4. p. 114.

r) Günz. p. 13.

s) Oneirocrit. I. 28. et 66.

— Apud Galenum *t*) vero bina loca offeruntur, quorum alter fere denegat, quod prior affirmat: “Obſtetrices ipſae non illico parturientes ſurgere iubent nec in ſella (επι τον διφρον) collocant” et in eodem capite “poſtea vero ad partum tranſitus ſatis patet ſurgere mulierem et ſedere iubent [καθιζουσι] *u*).

Aſt nouum lumen huic epochae affertur [certo maius, ſi aetas auctoris, quem tamen Paullo, et huc vtplurimum, anteponunt] *v*) viri vere obſtetricatoris effato, Moschionis *w*), qualis ita legitur: ὁ μαιευτικος δίφρος εςω, καθαπερ εςιν ἡ καθέδρα τȣ κȣρέως, εν ὡ καθερεται ȣ̔τως, ἱνα σχη ὑπο τήν φυσιν, ὁμοιωμα σεληνης τρωγλην τετμημενην, ὁπως εκεισε το εμβρυον πεσεῖν δυνηθή. i. e. “ſit ergo ſella obſtetricalis ſicut ſella tonſoria, in qua ſedetur, ita vt habeat ſub ipſo ſexu, ſiue ſub muliebris membri loco ad ſimilitudinem lunae formam inciſam, vt illuc ſcilicet ipſe infans ex vtero cadere poſſit.”

Ex his autem apparet: duobus ſub nominibus ſellam obſtetriciam hoc aeuo venire ſub διφρȣ λοχειαιȣ alterum, alterum ſub διφρȣ μαιευτικȣ, quorum altera a puerpera, λεχω, altera a μαιη, vtero dicitur.

§ 64.

Verum quum deſcriptio dictae ſellae obſtetricariae apud Moschionem eiusmodi ſit, vt, quod dicunt, exemplum exemplo illuſtret; quaeri poſſet “ſellae tonſoriae qualisnam tum ratio aut forma fuerit. Quantum equidem ex loco coniiciendum eſt apud Cael. Aurelianum *z*): hae ſellae, tonſoriae, anconibus inſtructae erant, quibus adhuc binas characteres acceſſiſſe admodum probabile reddit Chimentellus *a*): *humilitatem pedum*, et *breuitatem fulcri*; quae breuitas, noxia, in plurimas dein obſtetricias ſellas recentiores abiit, vtpote ſupra caput illius, qui eiusmodi ſellae inſideat non exeuntis

Quare miſtum quoddam hoc ſellae, obſtetriciae, genus fuiſſe dicas ex laſano et tonſoria compoſitum neque prorſum ab iis diuerſum, quarum effigies exhibitae ſunt a J. Rhodio *b*) ad Largum vaporarias binas aut balneares aut vel ipſas ſtercorarias, vtique perforatas, et fulcris licet iis ſatis erectis et immobilibus inſtructas.

H 3 Verum

t) *De natural. facultat.* Lib. III. Cap. 3.

u) “In *ſubſellio* collocant;” alii vertunt; quod nimis.

v) Günz p. 11. not. λ. Ill. Blumenbach *hiſtoria literaria medicinae.*

w) Γυναίκεια ſiue *de muliebribus affectibus.* Cap. 47. in Spachii *collect. gynaec.*

z) *Tard. paſſion.* Lib. II. Cap. I.

a) *De honore Biſellii* in Graevii *Theſaur. antiq. Roman.* T. VII. p. 2122.

b) Not. ad Cap. LXI. p. 193.

Verum apud eumdem Moschionem et alibi plura de vſu imprimis ſellae obſtetriciae atque lecti proponuntur, eaque plerumque bona, quorumque fa- cilis in aliorum ſcripta tranſitus fuiſſe videtur, et hinc vtique excerpenda: 1) Adeo non ad ſellae vſum adſtringit parientes, vt potius velit *c*) binos lectos paratos eſſe, quorum alter durior ſit, et cui incumbens ipſa mulier pariat; alter mollior, quo poſt puerperium videtur. Nam eſſe ſaepenumero ad- iicit, quae etiam cumbentes pariant. 2) Neque prius ad ſellam vult *d*) pa- rientem leuari, quam vſque ad magnitudinem oui in orificio matris chorium inuentum ſit. 3) Si ita fuerit laſſa, vt in lecto parere debeat, ibi pariat. 4) Si vero ſella obſtetricalis intus non fortis ſit, in mulieris femoribus ſedere debere mulierem nec non denique de iis 5) regulas adiicit, quomodo obſte- trix ſedere debeat.

§ 65.

Huc quoque facere putant Prudentii *e*) locum qui, futilem Deorum dearumque Romanorum originem adumbraturus, inter alia nefandum partum Liviae in medium profert, quae in Dearum numero recepta; et cui nunc (ab alieno marito) grauidae et parturae "*geniale Fulcrum*" vt vocat poeta paratur *f*).

Qui vero ex iis frequenter apud graecos non minus, quam latinis oc- currentibus dicendi formulis: *cadere de matre in terram, procidere in tellurem, accidere in terram, effundi ex aluo materna in terram, humo proiectum iacere etc.* argumentum petunt *g*); ſellam obſtetriciam potiſſimum veteribus in vſu fuiſſe, ii equidem cogitaſſe de eo non videntur, quod hae exaggerantes formulae plerumque apud Poetas *h*) veniant, quae longe mitiores a proſaicis dicuntur.

Imo

c) "*Vnus quidem lectus duriter ſit inſtratus* (σκλήρως ἐστρωμένος) *in quo parturientem col- locare debemus: ſaepius enim vel iacentes in lecto pariunt foeminae. In altero vero lectulo mollius inſtrato* (μαλακῶς ὄντι ἐστρωμένῳ), *poſt exantlatos demum duros longosque moleſti partus labores ac dolores, ſeponemus tum ipſam puerperam vt placide ibi quieſcat, et diſperſas ac diſperditas vires ſenſim iterum col- ligat et colliget.*" Περι γυναικειων παθων. Cap. XLVIII. *Collect.* Spach. pag. 4.

d) Ibid. Cap. XLIX.

e) Contra Symmachi orationem. Lib. I. verſ. 256.

f) *Adiecere ſacrum, fieret quo Livia Juno*
Non minus infamis thalami ſortita cubile,
Quam quum fraterno caluit ſaturnia lecto.
Nondum maternam partu vacuauerat aluum
Conceptamque viri ſobolem gerebat
Pronuba; iam grauidae fulcrum geniale paratur.

g) Triller *Clinotechnia* &c. § 153.

h) *Qui ſimul impune matris prolapſus ab aluo*
Cinyphiam foedo corpore preſſit humum.
Ovid. *Diris* in *Ibin* v. 224.

— — — *Tellure cadentem*
Excepi, et vinctum genitali carmine foui.
Statius Lib. V. Siluar. Carm. V. 69. 70.

Si bene quid merui, ſi me de matre cadentem
Fouiſti gremio —
Idem Lib. I. Thebaid. 60.

Quem prima meo de matre cadentem
Suſcepi gremio &c.
Claudian. Lib. I. in *Rufin.* 92.

Imo poterant etiam, inſtar brutorum, in humum proiectae parere, vt eadem etiam vel a poetis dicta vera ſint: ad modum foeminae, cuius veram hiſtoriam verſiculis expreſſit Auguſti libertus.

§. 66.

Miſſis itaque illis locus quoque dandus eſt ſequentibus: et primo quidem iis, quae a PAULLO ab *Aegina* *i*) proferuntur, et fere ad *Hippocratis* mentem, ita vt aliquantisper conſilium mitiget: "Reclinata nimirum in *lecto*, ſupina muliere, et magis vt deorſum vergat, mulieres aut miniſtrae quaedam crura eleuata vtrimque teneant, ſi hae non adſint, per vincula quaedam thoracem ipſius mulieris ad lectum deligato, vt ne tum attrahitur foetus corpus ipſius ſequens, tractus vigorem exſoluat." Idem quoque *k*): "Nimis obeſam in ipſo lecto pronam figurandam ſuadet, quibus nempe ad femora inclinatis, quo vterus ipſe ſic ad abdomen delatus e directo ipſius oſculi ſiſtatur." *Sellam* quoque dicit, ſimulque tempus, quo ſella ſit in partu vtendum, indicat: "Tempus, inquiens, deſcenſus in ſellam tum demum eſſe, quum vteri ipſius oſculum vteri apertum digito occurrerit et *praeruptio praeminuerit*," [quod conſilium, vt ſuo loco dicemus, illud MOSCHIONIS praeſtantia ſuperat]. *l*). Et ad eundem fere ſenſum AËTIUS *m*) quando dicit: "Tempus collocandi puerperam in ſellam eſſe quum oſculo aperto, digitis occurrerit ac prominuerit id, quod perrumpi ſolet."

§ 67.

Neque reticendae ſunt *Arabum*, quorum magnum influxum ars experta eſt, ſententiae: AVICENNAE *n*) primum inſignis viri ingenii: "Vt ſedeat," praecipientis, "mulier hora vna, et tendat pedes ſuos, deinde reſupinetur ſuper dorſum ſuum hora vna; poſtea ſurgat ſubito et aſcendat gradus, et deſcendat et clamet." Inſtante tamen partu et orificio vteri aperto haec ſibi expetit fieri: "Et melius ſuper quod ſedetur apud partum, eſt *ſcamnum*, poſito puluinari ſub ipſo: et iſtud fiat poſt apertionem oris matricis;" et alibi *o*): "fac eam ſedere ſuper ſcamnum." Quod autem quale fuerit extricatum hucusque nondum videtur. "Quod ſi mulier fuerit pinguis, iaceat ſuper ventrem ſuam et ponat caput ſuum ſuper terram et intromittat genua ſua ſub ventre ſuo, vt aequetur os matricis cum vulua eius; deinde iungat vuluam ſuam &c. cum ergo facit illud et coarctatur venter eius, parit velociter." Quae melius arri- dent

i) de re medica Lib. VI. cap. 74.
k) Lib. III. cap. 76.
l) Ibidem.
m) Tetrabibl. IV. Serm. 4. Cap. 22.
n) Lib. III. Fen. 21. Tract. 2. cap. 23.
o) l. c. cap. 24.

dent ex verſione G. Hieronymi Welschii p), qui ſimul adiicit, ſitum hunc, quem obeſiſſimis parturientibus ſuis propoſuerit, obſtetrices adſtantes impoſſibilem cauſſatos fuiſſe."

Neque negligenda eſt auctoritas Albucasis q), ex cuius ſcriptis, tanquam fonte, dein plurimi ſemibarbari hauſerunt. Nam talis erat temporum facies, vt auctoritati, et quae *Arabum* eſſet imprimis, daretur quam plurimum; propriis autem ingenii viribus vix aliquid excuderetur. Et harum quidem ſententiarum, quae *Arabum* fuerunt et *Arabiſtarum*, quam plurimae, funeſtiſſimae ſaepius tanquam canones in artem migrarunt! "Ego vero," inquit ille, "fideliter impraeſentiarum docebo, quid obſtetricibus et adſtantibus ſit agendum, quocunque modo foetus ſe exiturum oſtendat, vt obſtetrices in promptu habeant, quid facto opus ſit. Quando egreditur foetus ſuper caput ſuum egreſſione naturali, et mulier non facile fert, doloresque vehementiores fiunt, et adeo difficilis ſit partus, vt videas virtutem iam debilitatam, tum iubeas *ſedere* ſuper ſedem aut mulieres teneant eam. — Si egrediantur primo duae manus foetus, tum oportet, eas reducas cum facilitate paulatim. Si autem non poſſunt retrudi, tunc pone mulierem ſuper ſedem, et eleua pedes eius ſurſum, *deinde concute ſedem ſuper terram*, et mulier teneatur, vt non cadat ad concuſſiones."

Addimus his Albertum Magnum, dominicanum, imo *Ratisbonae* Epiſcopum, alias de hiſtoria naturali meritum, et cuius conſilia coniicimus non parum efficere potuiſſe; in libello ſuo *de mulierum ſecretis* r), quae ignorari ab ipſo magis videntur, decorum fuiſſe s), nullius mentionem facit. Ipſe autem perniciosa *concutiendarum parturientium* Hippocratis atque *Arabum* conſilia leniore methodo adhibita, mitigat.

§ 68.

Et his quidem videmur iis feciſſe ſatis, quae ante literarum reſtaurationem ad hiſtoriae huius pertractationem facerent.

Ex his autem hactenus relatis ea quidem aſſequuti ſumus: "Veteres lecto aeque ac ſella promiſcue ad partum vſos fuiſſe; lecto tamen communiter. Sella vero peculiaris fueritne ſtructurae, ante Artemidori tempora non apparere. Poſt Moschionem autem ſellae huius formam illuceſcere, mixti nempe ex tonſoria et

p) *Curationes medicae.* Auguſt. Vindelic. 1698. 4. p. 473.

q) *de affectibus mulierum* in *collect. Gyn.* Spach. Cap. 75. p. 443.

r) *Secreta mulierum et virorum.* Antwerp. ſ. a. 4. *Die Heymlichkeiten Alberti Magni [al]len Hebammen u. Kindtbaren Frawen dienlich* Francf. a. Mayn. Bei *Chriſtian Egenolf.* 1531. 4.

s) Ill. ab Haller *Bibl. chirurg.* Tom. I. p. 153.

et perforata generis. Demum praeter lectum ſcamno quoque vſos, *Arabes* imprimis, fuiſſe. Lecti autem non minus quam ſellae, et iſtius quidem HIPPOCRATEM, huius vero ALBUCASIN peculiares vſus, nimirum ad concuſſiones aut quaſſationes ſic dictas, ad partum, vt putabant, leuandum, excogitaſſe.

§. 69.

In haec autem tempora incidere videntur, quae de ſellarum peculiarium obſtetriciarum in *Italia* vſu refert ORTHOLFFUS, [1477] idem procul dubio, qui patria mea in vrbe artem exercuit et libello ſuo medicinali inclaruit, et quas *t*) dicit, iis non abſimiles eſſe, quae in ſua patria dorſali fulcro inſtructae menſis apponerentur. Verum haec paullo vberius confirmantur [1513], (nam hoc anno ipſius libelli, quem modo dicemus, editio princeps *u*) prodiit;) medici olim *Francofurtenſis*, EUCHARII RÖSSLINI teſtimonio *v*). Hic enim in libello ſuo obſtetricio, qui tum temporis popularis fere vniuerſae *w*) *Europae* extitit, et cuius,

t) In libello peculiari f. l. et a. 4. qui, ad finem mancus, extat in Theſauro academico librorum *Gottingenſi* et ita incipit: *Umb ſunders gebetes willen bin ich* Ortholffus *Doctor gebeten worden* &c. Neque tamquam appendix extat in ed. princ. libelli medicinalis (*Ortholffs aus Bayrland Arzneybuch ze teudſch*) Nurnberg 1477. Reperiuntur equidem in editione libri medicinalis *Lübecenſi* anni 1484 varia et ORTHOLFFII et aliorum ſcripta annexa; at perperam hic tractatus obſtetricius queritur; quam notitiam debeo cl. C. SCHWARZIO, Profeſſori Altorfino, viro in hiſtoria typographia verſatiſſimo. — Ipſe autem locus ad rem noſtram faciens hic eſt: *Item wie aber ſich eine Fraw ſtellen ſoll ſo ſy nyder wil kommen iſt das die beſt geſtallt das ſy eyn fraw leg an den rugk, doch das ſy nit gantz lige. auch nicht recht ſtee, ſunder ein Mittel ſoll es ſein vnder dem ligen und ſteen. vn das haupt mer hinter ſich ſoll ligen dann für ſich. unnd in wälſchen landen hat man beſunder Stüll darzu wenn ſy geberen wöllen und ſind ſchier als die Stüll die man für die tiſch iſt ſeczen in unſern landen do man ſich hinten an lainen iſt mit dem rugken und füllen. ſy auch wol aufs hinden mit tuchern. unnd darann lainen ſy dann die Frawen mit dem ruggen, vnd über den Stül hinden ſo laſſen ſy dann das haubte ein wenig hangen und ſeind nit hoch Stüll* &c. Et vetuſtiorem eſſe hunc locum, iſto RHODIONIS, quem citare ſolent plerumque; maior vocabulorum, ad intelligendum, difficultas; et genus ſcripturae admodum inconſtans ſuadent potiſſimum.

u) *Der ſchwangeren Frawen und Hebammen Roſengarte,* Wurms 1513. 4.

v) "*Vnd in hohen teutſchen Landen, auch in welſchen Landen haben die Hebammen beſond. Stül darzu, wenn die Frawen geberen ſollen, vnd ſeind nit hoch aber inwendig vsgenommen. Vnd ſöllen alſo gemacht ſein dz ſich die fraw hinden mög anleinen mit dem rucken. Denſelben Stül ſol man hinden am rucken vsfüllen mit tüchern. Vnn ſo es zeit iſt, ſo ſoll die hebamm die tücher wol erheben vnd ſie keren jetzund vff die rechten ſeyten. Vnd ſol die hebamm vor ir ſitzen fleiſſiclichen achtnemen des kindes*" &c.

w) Quanta huius libelli pro aeuo ſuo fuerit aeſtimatio, ſequentibus audiendus eſt W. SMELLIE: "*whoſe* (of RÖSLIN) *book was in great eſteem all over Germany, and in the Year 1532 being tranſlated into latin and other languages from the original High dutch bekome univerſally the womens book over all Europe, and was introduced into England, where it was tranſlated by Dr. Raynalde, who neverth-* *lers*

I

cuius, ſi vllius vnquam maxima in promulgandis praeceptis erroribusque obſtetriciis vis fuit, in *Gallia* et *Germania* ſuperiori obſtetrices peculiaria ſedilia habere, quorum formam etiam *Ichnographo* in lignum inciſo exhibet ſequentem: ſellae nimirum fulcimento immobili, attamen reclini x), breui, admodum exciſae aut perforatae, quatuor pedibus inſiſtentis, minus aliis ſellis eleuatae, brachiis carentis, licet vtique anſis aut his ſimili quid inſtructae; ita vt in genere a ſella Moschionis non adeo differat, niſi quod dicas, ipſam minus opportunam eſſe et commodam, quum anconibus careat.

Ab hac proxima eſt ſella W. Herm. Reiffii, [1545] quam Ryffium et alias ſcribunt. Ille quidem in libro, titulo *Rösliniani* libelli, fere eodem at neutiquam pro eodem ſumendo, duas ſellas exhibet, vtique ligno inciſas; et ſimul adiicit y): varias harum ſellarum formas eſſe; eae vero ipſae quidem ſellae, quorum inciſiones dat, notabiliter a ſe differunt: ita vt altera quidem Rhodionis ſit, quam modo indicauimus; altera vero adeo diſcrepet, vt hanc Ryffii propriam dicere nullus dubitem. Nam et a fundo altior eſſe videtur; et fulcimentum erectius imo erectum habet, atque inter quatuor pedum interſtitium cauum aſſeribus ſubtus circumcinctis expletur, neque latera, quibus femora incumbant, adeo inter ſe non diuergunt, vt potius verſus anteriora ſibi inuicem approximentur.

An iam ab hoc tempore ſellas illas diducas, fulcimento prorſus deſtitutas, quales vſurpauiſſe ſuo tempore refert obſtetrices *Argentinenſes* plerasque; cl. Pyl z) et quos perſtrinxit Friedius pater a), et quas etiam innuit cl. Roederer? b) Similes iis, quas ſemicirculi formam prae ſe ferre, et in *India occidentali*, nec non in *Britanniae* quibusdam partibus in vſu eſſe commemorat W. Smellie? c) — Has excipiat ſella Ruffii d), [1554] poliatri et lithotomi *Tigurini.*

lers has taken great liberties with his author. treatiſe on the theory and practice of midwifery. Introduction p. xvi.

x) Nec tamen in omnibus Eucharii editionibus: ita in editionibus germanici idiomatis *Wormat.* 1513 et *Auguſt. Vindel.* 1529; nec non in *edit. lat. Francofurtenſi* 1532. apud *Egenholf.* pars haec poſterior reclinis reperitur; erecta vero in binis editionibus *Francofurtinis* annorum 1551 et 1563. 12.

y) W. Hermann Ryff *frawen Roſengarten von vilfaltigen ſorgfaltigen Zufällen und Gebrechen der Mutter u. Kinder.* Francfurt. 1545. fol.

z) *de praeſtantia ſitus parturientium* diſſ. inaug. § XXI. p. 28.

a) Ipſius *Vorleſungen über die Lehre von den Kreißſtühlen und Kreißbetten*, annexae: Grauens *Anſangsgr. der Hebammen* Lemgo 1765. p. 282.

b) Roederer *Elementa art. obſt.* § 300. 3)

c) Op. c. p. 190.

d) In ipſius: *Ein ſchön lüſtig Troſtbuchle von den empſengknüſſen vnd geburten der menſchen* &c. getruckt zu Zürych bei Chriſtoffel Froſchouer, im 1554 iar. 4. vbi fol. xxxii: "*Vnnd ſo ſy büttet hand, heißen widerumb vffſton, ouch die frouwen in dem nammen Gottes*

gurini. Quam equidem, quoad totum ſuum habitum, RHODIONIS dicas eſſe, eo tamen ab illa diſcrepantem, quod (neque absque rationabili cauſſa) velum inferius adiecerit, quod pannum nigrum vult; et aſſeres a fulcro excauato ad anteriora magis decurrant, neque absque omni, vt demonſtrabimus, vtilitate. Verum his ipſis iam aliquo modo ſatisfactum eſt in ſella REIFFII altera, in qua inferius circumductus aſſer reperitur.

Ex his autem apparet, ſellarum vſum eo tempore non ſolum in *Germania* et *Gallia* inferiore, verum etiam in *Heluetia* innotuiſſe; at etiam in *Gallia* ſuperiore receptas fuiſſe, mox patebit.

Licet enim [1573] AMBROSIUS PARAEUS, regius barbitonſor, ſellarum quidem vſus mentionem iniicit, tamen earumdem neque ſuaſorem, neque oſorem ſe exhibet. Lecto vti parturientem transuerſim vult *d*), ita vt quod certo ingenioſum non minus, quam imitabile ad ſuſtem lecto in transuerſum poſito annitatur. — Sed ab his fere iam temporibus ducas eam a lecto in partu apud Gallos abhorreſcentiam, quae poſtea per PARAEI diſcipulum, GUILLEMEAUM magis confirmata; denique autem per MAURICEAUM, DIONYSIUM, LA MOTTIUM adeo inualuit, vt ne locus ſellae obſtetriciae quidem detur in celebri *Encyclopaedico* opere Gallico ſic dicto, licet lecti ad obſtetriciam vſurpandi vtique mentio ibidem iniiciatur.

Eodem anno ſellarum vſum apud Germanos porro inualuiſſe; fere ex cognomento adiutricium ad partum mulierum coniicio, qui a STRÜPPIO *e*), primo politiae medicae auctore, *Stuhlweiber*, quaſi aut ad ſellam opem ſuam praeſtantes, aut ſellam in domus parturientium afferentes, vocantur; quod nomen, ad hoc mulierum genus, dein in aliquot veteribus non minus, quam recentioribus ordinationibus obſtetricariae rei tranſiit.

I 2 At

tes heißen ſitzen vff den Stul darzu verordnet: den dann alſo gemachet ſol ſyn, wie härnach ſtaat.

"Er ſoll haben vier bein oder füß mit einem rugkbrett hinder ſich geheldet mit einem ſchwarzen wüllinen tuch umbhenckt, damit die frow bedeckt mit enden vnd linden tüch linen vmbbunden vnd verſorget ſyn, damit die frouw lind ſitze, vff daß das Kind nit verletzt vnd vnden härüm verborgen blyben möge, vnd die anderen wyber, wo es von nöten würd ſeyn, ouch helffen könnind hinden, vornen, vnn zu beiden ſyten, wie das am geſchickſten ſyn möchte. der Sitz deß Stuls ſol allenthalber mit enden vnd linden tuchlinen vmbbunden vnd verſorget ſyn, damit die frouw lind ſitzen, vff daß das Kind nit verletzt, als vil geſchicht nit one großen Schaden" fol. XXXIII.

d) *De hominis generatione*, cap. XVI. in *collect.* SPACH. *Gynaeciorum* p. 411.

e) *Nützliche Reformation zu guter Geſundheit u. chriſtlicher Ordnung.* Francof. 1573. 4.

At Gallos adhuc circa idem fere tempus, [1579] faltem inferioris Galliae in- colas, fellis vere vſos fuiſſe, ex libro populari *f*) Laurentii Jouberti diſcimus, Cancellarii olim Monſpelienſis; qui, quod poſteriori aeuo inuerſum ſe habuit, nobilioribus Galliae foeminis aſſeuerat, peculiares, easque apertas, brachiis pedibusque inſtructas, ſellas fuiſſe, quibus brachia, pedes, crura, et lumbi partu- rientium alligarentur, ita vt, praeter os coccygis, nil ſit liberum; id quod valdo- pere probat, modo bene haec adornata ſint.

Hoc anno [1581] Franciscus Roussetus, celebris iſte hyſterotomus, bre- vem ſuam ad chirurgos de partu caeſareo exhortationem euulgat *g*); et lecto vtique transuerſim mulierem collocat, quae haec operationem ſuſtineat, vt ta- bula exhibet, exhortationi dictae appoſita.

Jac. Guillemeau, [1594] Paraei non ſolum diſcipulus, verum qui et eiusdem opera adornauit, praeceptoris ſitum transuerſum vlterius confirmat, quem inter reliquos omnes, imo et ſellae, cuius obiter meminit, optimum habet *h*). Lecti quoque vſum in opere ipſius peculiari obſtetricio [1598] porro confirmat *i*).

Lectum, alias imperialem dictum, [1604] peculiari puluinarum ordinatione ad vſum obſtetricium accommodatum repraeſentat, et in lignum inciſum exhi- bet Scipio Mercurialis *k*), *Arantii* diſcipulus. — Idem ille parturientibus, obeſis imprimis, peculiarem ſitum ſuadet, adeo foedum aſpectu, atque violen- tum, vt mirum ſit, qui delicatior obſtetricantis indoles eiusmodi ſitum ferre poſſit. Exhibetur autem mulier in lumborum regione ſtragulis vt videtur du- riſſimis ſibi ſuperſtratis eleuata, capite reſupino, femoribus in genua maxime flexis,

f) *La Premiere et Seconde partie des erreurs populaires touchant la medecine et regime de Sante.* à Paris. 1787. 12. vbi Lib. IV. cap. 2. p. 150. ſequentibus: "*Il y a des dames et demoiſſelles, qui vſent de licts, qui on nomme de travail qu'on employe ſeulement, quand elles ſont au travail de l'enfant. Ce ne ſont proprement des licts à ſe coucher, ains chaires ouvertes par devant, qui ont des bras et pieds faits a propos, pour y attacher les bras; cuiſſes et jambes de la femme, avec des liens mols et larges, mais tant fermes, et aſſeurez (ſans les bleſſer aucunement) qu'elles ne ſe peuvent bouger en facon, que ce ſoit, hors mis le cropion. Cela eſt bon et bien aiſe, pourveu qu'on l'employe bien ſagement.*"

g) *Traité nouveau de l'hyſterotomotokie ou enfantement Ceſarien.* Paris. 1581. Ipſa exhortatio annexa reperitur verſioni latin. Casp. Bauhin. et exſtat in *collect. Gynaecior.* Spach p. 477.

h) *Chirurgie Francoiſe recueillie des anciens medicins et chirurgiens avec pluſieurs Inſtruments neceſſaires.* Paris. 1594. fol. et in Opp. Guillemeaui, qui prodierunt. 1598.

i) *De la groſſeſſe et accouchement des femmes rel.* Paris. 1619. 4. et in *Oeuvres* de M. Guillemeau.

k) *La commare orricoglitrice.* Venet. 1604. prodiit quoque ibid. 1642. 4. Figuratam eiusmodi parturientem habes in lignum inciſam. p. 114. omiſſa tamen eſt in verſione Welschiana huius libri.

flexis, vt calces clunes attingant; vermis ad inſtar recuruata mulier ſibique commiſſa, obſtetricis exhortatione, eminus adſtantis, ad pariendum inſtigatur.

Nihilo ſecius poſt ſaeculi vnius et dimidii intercapedinem easdem figuras non ſolum in opere, quod dicas eſſe Scipionis, non niſi paullo meliori typo excuſum, recepit, verum aliam multo priori foedioriem adhuc adiecit Sebastianus Melli *l*), Profeſſor Venetus.

De ſellae meliori conſtructione cogitaſſe J. G. Volkammer [1647] Norimbergenſem lego *m*), at num ex huius viri emendatione ſella aut deſcripta aut fabricata prodierit, de his nullum porro veſtigium ſeſe obtulit.

Guill. Harveius [1658] *n*) vbi obſtetricum noxios mores perſtringit ſedilis meminit.

§ 70.

Aſt anno 1652. nouum et vere ſalutiferum acceſſit huic inuentioni additamentum, absque quo bonae ſella obſtetriciae idea ne quidem fingi poteſt, et cuius auctorem habemus, Gottofriedum Welschium, Profeſſorem *Lipſienſem*, eundem, qui purperae puerperarum ſua deſcriptione, quae prima huius morbi habetur, inclaruit. Hic nimirum primus fuit, qui *ſellam obſtetriciam fulcimento mobili* ditaret; porro et anſis mobilibus inſtrueret, et in genere dictae ſellae formam magis arridentem, et minus a forma communium deflectentem redderet *o*). — Idem quoque lectum vulgarem ad hoc negotium aptiorem reddidit, anſis nimirum vtrimque inſtructum; quare eundem *anſatum* quoque diximus *p*).

Franciscus Mauriceau [1668] *q*) lecto transuerſim vtendum partu naturali praecipit.

William Sermon [1671], obſtetriciae anglicanae auctor *r*), ſellae nullius mentionem facit, verum ſolius lecti. In idem tempus [1673] ſellam obſtetriciam, a ſe inuentam, promulgauit, celebris Batauorum Embryotomus, Cornelius Solingen *s*), Chirurgus *Haganus:* fulcimento non ſolum mobili,

 verum

l) *La commaro levatrice inſtrutta nel ſuo officio.* Venez. 1621. 4.

m) In litteris Veslingii ad eum datis annexis Th. Bartholin. *libr. de inſolitis partûs humani viis.* Hag. comit. 1640. Ep. 45.

n) *Opp. omn.* Lond. 1766. 4. p. 554.

o) In eiusdem *Kinder- Mutter oder Heb-Ammen- Buch aus dem Italiäniſchen* (des Scipio Mercurius) *in das Teutſche verſetzt.* p. 261. Wittenberg. 1671. 4. Tab. V.

p) L. c. Tab. VIII. p. 324.

r) William Sermon *the engliſh midwife.* Lond. 1671. 8.

q) *Traité des femmes groſſes et de celles, qui ſont accouchées.* Livr. II. Cap. 7.

s) Vide *Icones* huius ſellae adiectas *Embryulciae ofte Afhaalinge eenes dooden Vrugts.* Hagae Com. 1673. 4. germanice von Tob. Peucero. Frkf. 1693. 4.

verum etiam foribus lateribus inſtructam, exemtilem et plicatilem, atque in lectum mutabilem; adeo vt non ſolum hanc ſellam *Welſchiana* perfectiorem, eſſe credas, verum etiam poſt DEVENTERUM inuentam, potius fuiſſe inducaris; nam in *Deventeriana* quoad conſtructionem prorſus conuenit, at praeter dictas praerogatiuas adhuc habitus multo *Deventeriana* mollioris quum vndique intus corio obducta ſit, non prorſus nudis aſſeribus conflata.

Non multis annis poſt CHRISTOPHORUS VÖLTERN [1679] *t*), Chirurgus Ducis Würtembergenſis, ſellam inciſam exhibuit, cathedrae quam ſellae ſimiliorem, ſcabello vtrimque aut auxiliatrice pede inſtructam, partes eius exemtiles, et hinc ſellam quoque *portatiliorem*, fecit.

Licet vero circa haec tempora [1689] quoad ſellarum meliorem ſtructuram res obſtetriciae egregia incrementa ceperint, tamen earum vſus peſſime ſe commendauit MURALTO *u*), qui eas ob triſtes, quos ipſi contigerint, euentus non abeſt, quin ipſas diſſuadeat.

Noua porro haec res incrementa cepit J. SIEGMUNDAE [1690] *v*) obſtetricis aulae, ingenioſa ſellae, ſiue mauis, *lectiſellae* combinatione, quae ſcilicet ſellae commoda adeo perfecte in lectum transferre calluit; vt perfectius ne nunc quidem poſſet: migrauit dein haec ipſa inuentio, quae *Germanae* eſt, ad ipſos *Batavos* verſione operis *Siegmundae* per CORNELIUM SOLINGEN *w*) inſtituta. Et ipſa quidem prima fuit, quae quantum ego quidem ſcio, incommoda ex reclinationibus ſupinis et concuſſionibus parturientium oriunda bene non ſolum perſpexit, verum etiam, acutis comparationibus vſa *), tanquam vana, imo pernicioſiſſima, condemnauit; ſociisque ſuis diſſuaſit.

Siegmundam noſtram [1696] excepit vir et aliis imprimis ad reſtitutionem mancorum claudicantiumque pro aeuo ſuo machinis inuentis celebris, ita tamen, vt quae inſtrumentis perfici in re obſtetricia poſſent, prorſus fugeret omnesque nodos, verſionis tentamine ſuſcepto, ſolui poſſe ſibi viſus ſit, HENR. DEVENTER *x*), qui ſellam ſuam fulcimento mobili, virgae ferreae inſiſtenti inſtruxit, et aſſeres fere

t) Eins *neueröfnete Hebammenſchul.* Studtgard. 1679. 8. cum icone ſellae.

u) Vid. MURALTI *Kinder- und Hebammenbüchlein.* Baſil. 1689. 8.

v) *Brandenburgiſche Hofwehemutter, oder Unterricht von ſchweren und unrecht ſtehenden Geburten.* Collin an der Spree. 1690. 4. *Vorſtellung eines bequemen Kreiß-Stuhls oder Bettes.* p. 185. cum iconibus ſellae.

w) Sub titulo *Spiegel der Vraedvrouwen etc.* Amſtelod. 1691. 4.

*) L. c. Cap. IX. pag. 182 ſqq.

x) HENR. DEVENTER *operationes chirurgicae nouum lumen exhibentes obſtetricantibus.* Leid. 1701. 4. cum figuris, quas inter ſellae ſuae obſtetriciae icon. Editio prima autem belgico idiomate prodiit iam 1696. 8.

fere vndique, niſi anteriora éxcipere velis, circumduxit, ita, vt arcae ſudatoriae ſimilior quum ſellae ſit; culcitram mobilem fecit; et anſas *locomotiuas* addidit. Scabellis autem ipſius ſella deſtituta eſt.

Hoc anno [1697] VAN HOORN, ex ſchola *Pariſina* redux, artem beneficam in Sueciam transtulit, eamque duobus lectis, extemporalibus ſic dictis, leuauit: qui etiam ſub nomine lectorum obſtetriciorum *van Hoornianorum* veniunt, quorum conſtructione ſiue potius extemporaria combinatione hunc finem ſibi propoſuit, vt deficientibus artificialibus ſic dictis ſiue ſellis ſiue lectis, ex aliis iisque domeſticis veluti vtenſilibus commodum parturientis cubile confici poſſit *y*).

In Italia circa illud temporis [1700] non admodum ſeſe recommendauit ſellarum vſus BERNARDINO RAMAZZINI *z*), Prof. Patauino, ita vt ſellam inter morborum cauſas obſtetricum, et natas inde opitulantibus incommoda recenſeat.

MAUCQUEST DE LA MOTTE [1721] ſitu vti vario *Gallos* docet *a*); lecto tamen vtplurimum; ſellam carpit, ad vetuſta putes oppiduli *Caën b*) exemplaria, et reiicit, licet inſeſſum in femora alius magni faciat. Ipſe commodi lecti extemporarii *c*) auctor eſt, quem alias ſub lecti Gallici nomine citant.

At PETRUS DIONYSIUS [1724], chirurgus ex Gallis celeberrimus vnus, et Reginae obſtetricator, ſitum in lecto transuerſalem MAURICEAUI *d*) in partu naturali adhibendum, prorſus improbat, verum lecto paruo vti vult, cuius per longitudinem incumbat quae partum agit, et cui, qui opem fert, a latere aſſiſtat. In reliquis cum MAURICEAUO conuenit. Transuerſaliter autem lecto in partu praeternaturali vti vult: quod conſilium etiam hodierni Germani vtplurimum ſequuntur.

Eodem anno JOANNES MAWBRAY *e*), qui ſe primum in Anglia obſtetriciam artem docuiſſe iactat, ſellarum tum absque tum cum fulcimento mentionem

y) *Den Swenska wäl ofwade Jordgum-men etc.* Stokholm. 1697. 8. In germanicum verſus idioma pluries liber prodiit ſub titulo: *die zwey Wehemütter Siphra und Pua.* — auctior libellus, editore (licet anonymo) C. RIBBEN. Stockholmiae. 1777. 8. p. 48. Lectus obſtetricius hoc modo paratus Suecis *Kårt- Säng* dicitur.

z) *De Morbis artificum diatriba.* Cap. XVIII. *De obſtetricum morbis. Opp. omn.* Genev. 1717. 4. pag. 544.

a) *Traité complet des accouchemens.* Paris. 1721. 4. Lib. II. cap. 12.

b) L. c. p. 231.

c) Cap. II. pag. 3.

d) *Traité general des accouchemens.* Paris. 1724. Lib. III. cap. 4.

e) JOH. MAWBRAY *Midwifery brougth to perfection.* Lond. 1724. 8. Sect. IV. cap. 17.

tionem iniicit. In ipſo autem ſitus genere habitum tenet, qui etiam MAURICEAUI praeceptis reſpondet. Lateralis autem ſitus ne verbo quidem meminit.

§ 71.

Neque tunc temporis [1725] conſilium *Hippocraticum*, ſi verum ipſius fuerit, adeo non altas radices egerat, quin non merito ſeſe oppoſuiſſet iſtis ſiue reſupinationibus ſiue concuſſionibus, adhuc aeuo ſuo celebribus G. D. COSCHWITZ *); idem ille, qui et alias de euertendis vulgi erroribus, vtpote "*de noxis ſepulturae in templis oriundis*" bene meruit. Ipſas autem puerperas ſuo tempore ſequenti modo concuti deſcribit: "parturientem in ſellam collocari cum reclinaculo paulo altiori, eaque foeminam alligatam ſupine cum capite deorſum verſus terram inclinari, coxis ſurſum eleuatis atque in hoc ſitu per notabile tempus detineri; aut per vices eandem operationem repeti. In hac operatione autem tamen alios ab aliis in tantum diſcrepare; vt gradum reclinationis ſupinae moderentur, et eo contenti ſint, quod ſitum paulo decliuiorem, quam ordinarius eſt, adornent; alii vero plenariam quaſi reſupinationem ſuſcipiant." "Volutatio enim illa et iectigatio, quam HIPPOCRATES verbis citatis indigitat, quantum ſcimus, vel plane non vel ad minimum rarius et forſan apud ruſticae gentis homines in vſu eſt; cum apparatu ſuo crudelitatis notabilem ſpeciem erga parturientes prodat, atque in ſenſus incurrere faciat." Incommoda et noxas inde oriundas bene et ſolide et ad experientiam demonſtrat. "Seque plus quam ſimplici vice adſtitiſſe foeminis, in auxilium vocatum, quae reclinatae fuerint, ante ipſius aduentum, ex aliorum medicorum et mulierculärum conſilio — et nuperrime ſe foeminae adſtitiſſe, vbi foetus brachio dextro exitum quaeſiſſet, corpore transuerſum per abdomen extenſo, capite in pectus prono, in dextro peluis latere haerente: hinc reclinationem binis vicibus per horam repetitam fuiſſe, nullatenus immutato foetus ſitu, neque ad latum digitum relabente ipſo; quem tamen ſub diuino auxilio manibus extraxerit ſalua atque ſuperſtite matre!!" Caſum porro adiicit partus mulieris nautae cuiusdam, vbi, axillis praeuio foetu, reclinationem pertinaciſſime ſuaſerat alius medicus, et demum caſus narratur, vel vteri ruptionis exinde viſae, quae mortem intulerat!!"

CORNELIUS LE BRUYN [1725] *f*), celebris peregrinator ſellae obſtetricii gemmis vndique diſtinctae meminit, quem in aedibus ducum Florentinorum viderat.

D'ABLAIN-

*) Diſſ. inaug. reſp. D. G. BÖRNER *de reclinatione parturientium ſupina inutili.* Halae Magdeb. 1725. 4. p. 14. — et p. 12.

f) *Voyage au Levant.* Tom. I. Rouen. 1725. 4. pag. 5. "*On y voit auſſi une Chaiſe pour ſervir a une femme en travail, toute garnie de pierreries, depuis le haut jusqu'au bas.*"

D'Ablaincourt [1733] g), libri obſtetricii Deventeriani Gallicus interpres ideo memorabilis, quum in notis ſuis, quas verſioni ſuae adiecit inter tot Gallicae gentis ſellae obſtetriciae contemtores *ſellam ſemper lecto praeferendam* eſſe dicat.

Hoc tempore [1737] peculiarem obtinuiſſe circa ſellas obſtetricias in Germania morem lego; quum nimirum eiusmodi ſellae panno nigro obductae in domus earum, quarum partus inſtabat, afferrentur a foeminis mercede ad hoc munus conductis; et iterum, etiam non ad partum adhibitae ex domo ab iisdem eportarentur. Interea tamen eodem tempore ex intempeſtiuo ſellarum vſu mulieres admodum defatigatas eſſe ex eodem fonte h) habeo.

In eadem circa tempora incidit Deventerianae ſellae per Friedium patrem, emendatio, quae licet demum 1769 a filio in elementis *) ab ipſo editis in aes inciſa exhiberetur et accurate deſcriberetur, tamen iam ex Viri meritiſſimi praelectionibus defumtae, paſſim ipſiusmet ſellae deſcriptiones prodierunt, vt 1741. in Pylii diſſertatione etc. 1765. in alius viri artis compendio. Adiecit nimirum Friedius 1) pedes auxiliatrices eosque pro lubitu extractiles fecit; 2) fulcimenta capitis addidit et ingenioſo magis quam aſpectu arridente modo fulcimenti dorſalis mobilitatem mutauit, ita vt cylindrica fuſtis a poſteriori transuerſum traiectus in margines aſſeri ſupra et ad latus dentatas adaptata ſit.

Magno hucuſque [1738] in ſellis obſtetriciis defectui obuiam iuit nouo additamento Auguſtana obſtetrix, Barbara Widmännin i), quum enim in prioribus ſellis non niſi extractiles eſſent pedes ſic dicti auxiliatrices, nunc, in ſua nimirum, etiam ſurſum deorſumque dimittendos inueniret; ita vt ab hac parte ſella magis ad lubitum figuranda euaderet. Attamen haec omnia rudiora erant; et in caeteris omnibus ipſius ſellam priores inuentae, praeter Rhodionis et Ruffii Reiffiique, longe poſt ſe relinquunt.

Germanarum mulierum hoc tempore [1739] plerarumque morem fuiſſe, in peculiari *ſedili* (ſedilium aliqua, quorum ad Völtern aliud, aliud ad *Welſchianum* referas, depicta exhibentur k) ex Heistero didicimus, qui hunc morem

g) *Reflexions ſur le* Deventer. Paris. 1733. 4. p. 117.

h) *Großes Univerſal-Lexicon aller Wiſſenſchaften und Künſte.* Leipzig. 1735. T. XVI. art. *Kindermutterſtuhl.*

*) G. Alb. Frieds *Anfangsgründe der Geburtshilfe zum Gebrauch ſeiner Vorleſungen.* Tab. I. II. vbi ſella patris. Tab. III. vbi lectus eiusdem repraeſentatur cum apparatu. — recuſ. 1787. ibidem. 8.

i) *Kurze Anweiſung chriſtlicher Hebammen.* Augsburg. 1738. 8. cum figura ſellae, ligno inciſa admodumque rudi.

k) *Inſtitutiones chirurg.* Part. II. Sect. V. cap. CLII. p. 1040 ſqq.

morem ob varias, quas adducit, rationes eſſe praeferendum cenſet. Quibusdam in locis, vbi peculiaria eiusmodi ſedilia deficiunt, duobus vulgaribus attamen aequalibus ſedilibus vti, quae ita coniungantur, vt ad ſex vel octo pollicum ſpatium a ſe diſtent. v. rel. "Apud ruſticos autem multos atque plebeios homines in Germania vſu venire, vt mariti vel robuſtae mulieres in vulgari ſedili ſedentis femoribus aut gremio parturiens imponatur, qui eam brachiis amplectitur atque firmat" (fere vt adiutor in inſtituenda lithotomia aegrum ſecandum tenet) "atque ſic ſedilis obſtetricis vices praeſtat."

In difficili autem partu, "licet infans decenter compoſitus ſit, transuerſim, more Gallorum, ſuper lectum poni, natibus in ora lecti collocatis poni parturientem ſuadet."

J. Gothofredus Günz [1741], illud praeclarum ſcholae Lipſienſis ornamentum, ſellam lecto praeferendam cenſet; deque iis, quae ad ſitum parturientium, inueſtigandis bene meruit.

Welſchiana ſella *Haffniae* arriſit [1743] *l*).

Inter haec vbi credas ſellae vſum a maximi nominis viris per Germaniam commendatum vix ſibi aduerſarium experturum, Theodorus Pylius *m*) lecti prae ſella ad parturientes praeſtantiam defendendam in ſe ſuſcipit: ad quam ſellarum ſiue vituperationem ſiue contemtum magis ipſum peruerſa conſtructio, quam poſſibilis ipſorum emendatio traxiſſe videntur. Sellas tum temporis ſibi notas enumerat atque diiudicat; et labori ſe ſubduxit a noſtro haud abſimili. — Ipſe autem v. cl. lectum communem, cubitorium ad partum adornat, ita vt 1) inferius afferre excifo gaudeat, vt obſtetricantis manus atque brachia in agendo liberiores ſint; 2) a tergo plutei quoddam genus lecto imponit, cui inniti truncus parturientis poſſit, et pro lubitu plus minusque reclinabilis, 3) pedes demum lecti orbiculis ſeu rotis flexilibus in fine inſtruxit.

Jacob. Mesnard *n*), [1743] Chirurgus Rothomagenſis, lectum campeſtri ſimilem ad partum adornat, eumque depictum exhibet; ſellae autem ne verbo quidem mentionem facit.

J. Chr.

l) Thomae Bartholino *de inſol. part. viis.* ed. Haffnienſ. 1740. p. 137.

m) In diſſert. inaugural. praeſid. Schef-fel *praeſtantiam ſitus parturientis in lecto prae reliquis aliis conſuetis exhibente.* Gryphswald. 1742. 4.

n) *Le guide des accoucheurs*, etc. Paris. 1743 8. cum icone lectuli.

J. Chr. Themmel o), [1747] Annabergae medicus practicus, ſtantis foeminae ſitum optimum habet! incommoda lecti ſatis grauia recenſet. In ipſas autem ſellas grauiter inuehit, quas tormentuoſas appellat.

Benjamin Pugh p), [1748] Chirurgus oppidi Chelmsford, ſellae vſum et imprimis Deventerianae condemnat; et ſitum lateralem ad ſiniſtrum latus eum dicit, quo ipſe plerumque vtatur. Etiam infeſſum in genua alius, in lento imprimis partu, admodum laudat; ſitum autem, qui ad poſteriora i. e. dorſo incumbentis mulieris, qui admodum vulgaris ſit, malum iudicat et peſſimum in partu naturali, quando tardus ſit.

Guilielmus Smellie q) [1752] varia ſituum genera in opere ſuo didactico obſtetricio recenſet; et lateralem ſitum (quem *the London method* vocat) potiſſimum commendat, Pariſinae tamen, aequus iudex, vtique ſua commoda agnoſcit et demonſtrat. In aliquibus tamen *Britanniae* regionibus ſellam in vſu eſſe. Quod item de India occidentali, fonte quali vſus ſit non indicato, confirmat.

Tum quoque acrem defenſorem ſitus naturalis ars nacta eſt, Burtonium, r) ipſius Smellie auditorem, cuius multa praecepta, etſi nimis fere iniurius, in controuerſiam vocat. Nihilo ſecius tantum certe Burtonii ſagacitate obtinebatur, vt ſi ab vllo vnquam, certo ab hoc viro accuratiſſime huius ſitus commoda perpenderentur et exponerentur. — Sellas, propriis obſeruationibus innixus, condemnat.

Andreas Levret s), ad ſitum quemdam foeminam adſtringi non poſſe, autumat: in partus tamen difficultate aut a naturali aberratione ſitus rationem magni aeſtimat: in praeternaturali ſitum transuerſum adhibet, ad Mauriceaui aut Dionysii ſententiam.

Joh. Fatio t), obſtetricator Baſilienſis, lectum ad partum concinne et ex ſcopo exſtructum, ſellis obſtetriciis praefert, quas eſſe interdum immanes ait, et noxias.

J. Sigm. Schlicht *), [1752] rei obſtetricariae Francofurti practicus, facili lecti extemporarii, ex domeſticis vtenſilibus, conflatione artis exercitium leuauit,

 vt

o) J. Chr. Themmels *Hebammenkunſt.* 1747. Lipſ. 8. pag. 99 - 107.

p) *Treatiſe of midwifery chiefly with regard to the operation* etc. London. 1748. 8.

q) *Treatiſe on theorie and practice of midwifery.* Chap. I. Sect. I. p. 198 ſqq.

r) *Eſſay towards a complet ſyſtem of midwifery* etc. Lond. 1751. 8. ad manus fuit verſio galllica de Moine. Paris. 1771. 8. T. I. p. 164 ſqq.

s) *Art des accouchemens* pag. 110.

t) *Helvetiſche vernünftige Wehemutter.* Baſel 1752. 4. p. 151.

*) *Unterricht vor Hebammen in Lehren und Exempeln.* Erkf. am Mayn 1752. 8. p. 29.

vt hinc merito ipſius lectus peculiari nomine lecti *Schlichtiani*, vt id iam [illegible] a RÖDERERO †) legimus, nomine inſigniretur.

J. D. MITTELHÄUSER [1754], a ſellarum obſtetriciarum vſu equidem non abeſt; at, vnico fere exemplo, exſectiones ſellarum prorſus improbat *u*).

J. G. RÖDERER, lumen olim obſtetricium *Gottingenſe*, in florentiſſima vitae periodo fato ereptus, lectum prorſus ſellae praefert *v*), et ipſe quidem lectum obſtetricium PYLII lecto, quem recenſuimus, proxime accedens, accommodat; cuius deſignatio Ill. STEINII, v. cl. humanitate ad nos rediit [1756], et quam etiam cum publico communicabimus.

Alius vir, de arte meritiſſimus, quam ex *Levretiana* ſchola in patriam tranſtulit: J. NEPOMUC. CRANZ, neque lecto neque ſedili adeo deditus eſt, quo minus ſtatuat, obſtetricem parturienti permittere poſſe, quonam ex binis vti velit *w*).

Inter haec cum viderent *Germani*, *Gallos* lecto continuo vti; prorſus a ſedilibus equidem recedendum eſſe non exiſtimarunt; verum machinas inuenerunt, quas licet lectos dixere, tamen lectum inter et ſedile medium tenentes ad hoc propius accedunt. Huius nimirum loci ſunt: Lectus THEBESII, bini MEKELII patris, HENKELII, WAGLERI, ill. HAGENII et LAUTH, quorum inuenta ex ordine dicemus. Poſſes etiam eadem ſcamna appellare, quae pluteos impoſitos habeant.

Anno nimirum [1756] lectum non minus, quam ſellam obſtetriciam priuae conſtructionis promulgauit THEBESIUS, *Hirſchbergae* olim medicus practicus *x*), quorum vtrumque de rerum inuentarum auctoribus minus curioſis atque ſollicitis etiam nomine lecti et ſellae PLENKII venit. Sella a FRIEDIANA haud multum differt, niſi quod ad firmandum fulcrum, virgam ferream denuo ſubſtituat, inferius bifurcatam, et lateribus inſuper arcum ferreum dentatum addat, vt fulcrum vlterius figatur. Attamen primus eſt qui poſt Barbaram WIEDMÄNNIN de ſcabellorum locomotiuitate deorſum ſurſumque donanda ſimul cogitavit; et quam in ſella ſua expreſſit. Caeterum ſella v. cl. aliquid prae ſe fert, quo cathedrae, quam ſellae ſimilior fit. Magis arridet lectus eiusdem.

Ex

†) *Elem. art. obſtetr.* § 395. v)

u) *Practiſche Abhandl. vom Accouchiren.* Lipſ. 1754. 8.

v) In *Element. art. obſtetr.* § 287.

w) *Einleitung in die wahre u. gegründete Hebammenkunſt.* Viennae 1756. 8. p. 47. 107.

x) J. EHRENFR. THEBESIUS *Hebammenkunſt* Liegnitz 1756. 1759. 8. Tabb. XIV. XV. fig. 24. 25. vbi, quae ad ſellam. Tab. XVI. fig. 26. vbi lecti ipſius repraeſentatio.

Ex variis ordinationibus medicinalibus [1757.] me quidem ſciente illa Collegii Medici *Argentinenſis* prima extitit, quae vulgarem et exitioſum concutiendi parturientes morem publice interdixit.

Hoc anno [1759.] L. C. Lammersdorf, chirurgus militaris, qui Meckelii patris praelectiones frequentauit et artis, quibus praefuit, exercitiis adſtitit, Lectum a Meckelio excuſſum, addita aliqua emendatione, vt pedes pro opitulantis ratione modo humiliores, modo altiores reddi poſſint, publici iuris fecit *y*), et quem Meckelii lectum teneas ſub nomine lecti Meckeliani ſimpliciter pluteo inſtructi: nam et alius viri celebris nobis innotuit cl. Steinii liberalitate, et quem, duplici pluteo inſtructum, dici conuenientiſſime poſſe cenſuimus.

Viennae [1764.] nobiliores ditioresque binis lectis ſibi mutuo contiguis partus ſuos ſoluere, nimirum vt commode poſt aliquot a partu horas in lectum purum (vere ad Moschionis conſilium), ſiccum, calidum puerperae reponi poſſint, nec cogantur diu in ſordibus recumbere v. Swietenivs, vir de re medica Viennenſium meritiſſimus, refert *z*).

I. Fr. Henckel, [1767.] profeſſor olim chirurgiae et artis obſtetriciae *Berolini* celebris, lectum euulgauit a *Meckeliano* parumper diuerſum, ita tamen, vt propria aliqua vtique ſibi ſumat.

Sellarum vſus circa hoc tempus *Pariſiis* prorſus exulaſſe videtur, licet adhuc aliquo modo in quibusdam *Galliae* prouinciis, et ruri imprimis locus ipſis concederetur *a*).

Sellae vſum apud *Viennenſes* renouauit [1758.] in egregio artis compendio Plenck *b*), vir cl. eidemque lectum adiecit, vtrumque *Thebeſianum* *c*).

K 3 Eodem

y) *Hannövriſche Beyträge* anni 1759 cum icone lecti; rediit in *der Samml. medic. chir- urg. Originalabhandlungen aus dem Hannöv. Magaz.* 1786. 8. T. I.

z) In Boerhaavii *Aphoriſm. comment.* T. IV. p. 568.

a) J. Astruc *l'art d'accoucher reduit à ſes principes.* à Paris 1766. 8. p. 59. "On y ſubſtitua la chaiſe de travail, échancrée par devant, et l'on s'en ſert encore dans quelques provinces, ſurtout a la campagne, ou pour les femmes du commun, *mais il y a long temps qu'on ne les connoît plus à Paris.*"

b) *Anfangsgr. der Geburtshülfe.* Viennae 1768. 8. Tab. I. II. At in eiusdem libri editione altera in locum Thebesiani lecti et ſellae adoptauit ſellam cl. Steinii.

c) J. Fr. Henkels *Abhandl. v. d. Geburtshülfe zum beſond. Gebr. d. Hebammen.* Berol. 1767. c. icone; rediit quoque in Eiusd. *Abhandl. d. Geburtshilfe.* Berl. 1774. 1777. 8. et in Krünitz *ökon. Encyclopaed.* IV. Bd. T. XI. fig. 150. a. cum icone lecti eiusd. adiecta.

Eodem anno multa ſibi ad artis compendium conferre viſus eſt vir, alias opera, quam in accuratius inueſtigata herniarum natura nauauit, celebris, Georgius Arnaud, *d*). Sellam inuenit multiplici ſua combinatione eminentem; chirurgicam vniuerſalem appellat, adque obſtetricios labores ipſam valdopere commendat.

Johnson, [1769.] celebris *Angliae* obſtetricator, nullum, praeter lateralem ſitum agnoſcit, in prolixo caeteroquin opere *e*).

Sellam, [1770.] quam dicas bene emendatam *Welſchianam* eſſe, artis ſuo compendio *f*) adiunxit I. Fr. Schütze, obſtetricator *Meinungenſium*.

In *Gallia* [1771.] vel ipſum lateralem ſitum arriſiſſe comperimus *g*).

F. C. Gehler, [1772.] v. cl. lectum ſellae praefert: Sellae autem noxiis nimis dari, oſtendit atque confirmat *h*).

B. Wagler, Roedereri olim a latere inciſor, dein Profeſſor Med. *Brunſuicenſis*; lectulum obſtetricium adornauit, quem portatilem dixit; fere ad lecti campeſtris modum, et cuius deſignatio cl. Steinii beneuolentia, amicitia olim Waglero iunctiſſimi, in noſtram figurarum collectionem rediit.

Carolus White, [1773.] celebrium noſodochiorum Chirurgus, Sellam caelo expreſſam exhibet, neque vere obſtetriciam, verum potius puerperis, iam partu edito, decumbentibus inſeruientem. Ita vt inter tot rei obſtetricariae anglicos auctores vnicus videatur, qui ſellam aliquo modo ad vſum obſtetricium facientem adoptauerit. *i*)

Hoc anno [1774] cl. Stein, Profeſſor Caſſellanus et Archiater, vir in inueniendis et tradendis artis regulis ſagaciſſimus, ſellam (ſeu potius lectiſellam) obſtetriciam cum publico communicauit, elegantia aeque ac efficacia iis, quas hucvsque commemorauimus, palam facile abripientem. *k*) Idem vero ſellae rectum vſum et ad partus naturalis naturam appoſite imprimis edocuiſſe aeſtimandus eſt.

Jos.

d) Arnaud *Memoires de Chirurgie* Lond. 1768. 4. Vol. I. p. 728 &c. Tab. I. II. III. fig. 1. 2. 3. 4. 5.

e) *Syſtem of midwifery.* Lond. 1768. 4.

f) *Gründliche Anweiſung zur Hebammenkunſt.* Hildburghauſen 1770. 8. cum ic. ſellae.

g) Moine in not. ad Burton *Syſteme nouveau et complet de l'art des accouchements.* Tom. I. not. 41. p. 164.

h) In diſſ. cit. de partus adminiculis. Lipſ. 1772. p. 26.

Jos. Steidele *l*) [1774.] ſellae obſtetriciae, cuius partes loramentis co- riaceis iunctae teneatur, mentionem iniicit. Et in alio libro *) a ſe inuen- tam deſcribit, et figura aeri inciſa eamdem exhibet.

Matthias Saxtorph *m*) celebris *Haffnienſium* obſtetricator; neque in lectum neque in ſellam vrget.

J. Ch. Stark [1782.], profeſſor *Ienenſis* de re obſtetricia meritiſſimus, ſellam omnibus reliquis ſitus generibus anteponit *n*). Ipſa autem ſella viri, cuius deſignationem literis priuatis nobiscum communicauit et qua ipſe vtitur, et quam ſuaſu ipſius quam plurimi ſibi comparauere inter Steinii Schmidtiique (cuius ſellam mox ſignificabimus) inuentas, media incedit.

M. G. Herbiniaux *o*), chirurgus obſtetricius et lithotomus *Bruxellen- ſis*, alias de polyporum vterinorum congrue extirpandorum therapia bene meritus, libro ſuo de polyporum dictorum adminiſtratione potiſſimum agenti ſellas binas adiecit, ſibi, ex aduerſo, oppoſitas conflandas, quae ipſius *lit de miſere*, vt vocat, conſtituunt. Putes aut Rhodionis aut Ryffii ſellas eſſe modo ad recentiorum guſtum accommodatas.

Hunc proxime excipiunt lectus atque ſella Ph. Hagenii, ciuibus *Bero- linenſibus* arte ſua ſuccurrentis; quorum iſte aliquantum ad Henkelii lectum accedit, Wagleriano portatili non abſimilis — Sellam ad Deuenterianas re- leges, ita tamen, vt aliqua commoda *Deuenterianae* deſideres *p*).

Inter omnes eminet [1784.] ſella ad obſtetricios pariter quam ad alios vſus ingenioſe excogitata J. Chr. Schmidtii, mechanici aulae *Vinarienſis* et *Eiſenacenſis*: quem virum dicas additamentis quibusdam inertem ſellam, verae machinae propiorem reddidiſſe *q*).

His

i) *A treatiſe on the menagement of pre- grant and lying in women.* London 1773. 8. cum icone ſellae.

k) *Kurze Beſchreib. eines neuen Geburts- ſtuhls u. Bettes ſamt der Anweiſung zum vor- theilhaften Gebrauch derſelben, mit Kupfern.* Caſſel 1772. 4. Rediit ſellae repraeſentatio in Plenkii *Anfangsgr. d. Geburtsh.* ed. 1778. 8.

l) *Unterricht für Hebammen.* Wien 1774. 8. p. 94.

*) *Lehrbuch von der Hebammenkunſt, mit Kupf. verſehen.* 1774. Ed. tert. ibid. 1784. 8. p. 597. fig. III.

m) *Umriß d. Geburtshilfe für Wehemütt.* a. d. Däniſch. von K. F. Schröder. Kopenh. u. Leipz. 1783. 8. §. 58.

n) *Hebammen-Unterricht.* Jena 1782. 8. p. 106 ſqq.

o) *Traité ſur divers accouchemens laborieux et ſur les polypes de la matrice.* Bruxell. 1782. 8. Tab. II. fig. 6. 7.

p) J. Ph. Hagen *Verſuch eines neuen Lehr- gebäudes der practiſchen Geburtshülfe.* Berlin u. Stettin 1782. 8. P. II. T. I. vbi lectus, T. II. fig. 1, quae ſellam ſiſtit.

q) *Beſchreibung eines Iſolir- Geburts- u. Groſsvaterſtuhls in deſſen Beſchr. gemeinnütz. Maſchinen.* Jena 1782. m. Kupf. 4.

His eſt vt addam ſellam conſtructione a STEINIANA non abſimilem, in eo tamen diuerſam, quod partes ipſius eximendo ſuperſedere poſſis, *articulatam* et *plicatilem*, cuius inuentorem celebramus v. cl. AUG. CHR. REUSS, archiatrum *Spirenſem*, quam etſi nondum publici iuris fecit, tamen literis nobiscum communicauit, et vt ipſam in cenſum earum machinarum, cuius hic hiſtoriam ſiſtimus, referamus nobis permiſit.

Idem ille vir cl. in literis quoque ad nos datis lecti obſtetricii a ſe excogitati mentionem iniicit, quem lecti cubitorii ad finem cochleis adigit; et lectum obſtetricium dimidium appellare poſſes.

HUNTERO, (Guillielmo), LOWTHERO et BAUDELOCQUE viris in arte ſua celeberrimis, ad partus praeternaturalis adminiſtrationem peculiares menſas eſſe aut tabulas, cum *Anglicas Gallicasque* terras inuiſeret ad anteriora exciſas, fere ad modum *Algbiſianae r)* aut *le Catianae* menſae lithotomicae, idem ille vir, vt varia alia huc facientia, perhumaniter mecum literis communicauit.

GILLES DE TOURETTE, celebris, quem ſe iactat, DE LEURYI, diſcipulus, pariendi in lectis peculiaribus *Gallis*, *lits de miſere* dictis modum vlterius confirmat, neque, quod in Gallico obſtetricatore mireris, abeſt, vt ſellarum vſum concedat, ni horrenda adeo ſaepius ſpectra eſſent, quorum exemplum citat et diiudicat, quale in vſu haberent pagi *Loudun* incolae s).

In *Viennenſi* noſocomio obſtetricio ampliſſimo, vbi milleni, quotannis, et quod excedit partus adminiſtrari fama fert *) lecto vt plurimum, quando partus naturalis eſt, longitudinaliter incumbentibus parturientibus a latere aſſidentem auxiliatrices manus admouere: notitiam hanc debeo G. B. SCHÄFFER M. D. et *Nordheimenſium* vrbis phyſico, qui ante annum ab itineribus ſuis redux ex celebri dicto Noſocomio profecit.

Hoc anno [1788.] quales lecti in Noſocomio *Pariſino*, Hotel-Dieu dicto, in vſu ſint, euulgauit cl. TENON in praeſtantiſſimo ſuper noſocomia *Pariſienſia*, regio iuſſu adornato opere t).

Denique

r) HEISTER *inſtitut. chirurg.* T. XXVIII. fig. 9.

s) GILLES DE LA TOURRETTE (demonſtrateur royal a Loudun) *l'art des accouchemens.* à Paris et à Angres. 1787. 8 m. Tom. I. p. 87.

*) *Frankf. Riſtretto.* 1790. nro. 50. p. 218. cl. ZELLER *Bemerkungen über einige Gegenſtände aus der praktiſchen Entbindungskunſt.* Wien. 1789. p. 35.

t) *Memoires ſur les hopitaux de Paris.* Paris 1788. 4. p. 234. Planche XI. fig. III. IV.

Denique in hodierna vsque tempora [1790.] de ſellae obſtetriciae vſu bene meruit B. Fr. Osiander *u*), Steinii v. cl. diſcipulus et in artis exercitio indefeſſus, cum ſellae praeceptoris ſui ſpeciem ſimplicitate aeque, ac pretio viliori commendabilem atque populari vſui inſeruientem deſcripſerit et incidi in aes curarit.

C A P. II.

Cubilium ſediliumque diuiſio.

Propoſita itaque hac pro iuuenili parte hiſtoria, ſupereſt, ex iis, quae promiſi, vt machinas in claſſes ſuas deſcribam, quibus factis oportebit, inſequi diiudicationes.

Omnes autem aut *communes* ſunt i. e. aliis vſibus quoque inſeruientes, et inter reliqua veluti rei domeſticae vtenſilia receptae, aut *artificiales* ſeu *peculiares* i. e. ad vſum obſtetricium prorſus excogitatae. Verum hae omnes machinae aut *lecti*, aut *ſellae*, aut inter vtrumque *intermedii* (*lectiſellae*) formam plus minusue induunt; aut *ſcamna* ſunt *tabulaeue menſaeue*, pro ſcopo propoſito exciſae.

COMMVNES ipſae aut

I. *Simplices* ſunt, quibus accenſentur

Ex Lectorum claſſe:

Lectus dormitorius quiuis, partus ratione, varie aptandus.
Lectus concuſſibilis Hippocr.
Lectus campeſtris Mesnard.
Lectus imperialis ſiue *italicus* Scip. Merc.

Ex Sellarum claſſe:

Sella quaeuis vulgaris.
Sella doſſuaria ſimplex, (chaiſe à dos, Fautevil.)
Sella doſſuaria brachiata (chaiſe à bras.)

II. Com-

u) Fr. Benj. Osianders, Arztes u. Gbrts-helfers in Kirchheim unter Tek. *Abhandlung v. d. Nutzen u. d. Bequemlichk. eines Steiniſch. Geburtsſtuhls; Geburtshelfern, Hebammen u. Gebährenden zur Belehrung.* Tübingen 1790. 4. c. tab. aen. *Gött. gel. Anz.* huius anni p. 178 ſqq.

II. *Compoſitae*, alias etiam *extemporales*;

Lectus extemporalis ſic dictus v. Hoornii,

Lectus extemporalis ſic dictus v. Hoorn. alter.

— — — apud Heister.

Omnes hae ſellis conflantur pluribus numero, minoribusue

Lectus de la Mottii,

Lectus Schlichtii. Binae hae ex lecto communi et ſella conflantur.

ARTIFICIALES; ita vt has ipſas in

I. *Simplices* poſſes diuidere; quarum ſunt ex

A. Lectorum claſſe:

a. *Lectus communis*, *aſſere inferiore exemtili.*

b. *Lectus anſis inſtructus* Welschii.

c. *Lectus fulcro dorſali mobili et aſſere ad pedes exciſo* Röderere.

d. *Lecti pluteo inſtructi*: Meckelii Patris,

Eiusd. *Lectus cum pluteo duplici.*

Lectus Henkelii

—— Thebesii.

Portatilis Wagleri

Lectus Hagenii.

—— Ill. Lauth.

e. *Lectus* Friedii patris.

f. *Lectus* Noſocomii *Hotel-Dieu.*

II. *Ex artificialibus et communibus miſti*: *Lect.* Reussii v. cl.

B. Sellae obſtetriciae

1. Sellae obſtetriciae fulcro dorſali deſtitutae:

Sella antiqua perforata Hippocr.

Sellae "plerarumque olim obſtetricum Argentinenſium."

2. Sellae obſtetriciae fulcro dorſali inſtructae:

a) immobilii fulcro

α) *erecto*

I. fulcimentis reliquis deſtitutae: *Sella* Ryffii.

II. fulcris reliquis vtique inſtructae:

Sella cum fulcimento *perbreue* apud Pyl.

— — — *longiore*, *brachiis* ad anteriora *de-currentibus.*

Sella

Sella fulcimento longiore, brachiis ad anteriora *aſſurgentibus*
Sella B. WIDMÄNNIN.
Sellae HERBINIAUX pars altera.
β) cum fulcimento reclini:
Sella RHODIONIS
Sella RUFFII
Sellae HERBINIAUX pars altera.
b) fulcimento mobili
I. *Sellae Welſchianae*
1) *in lectum non mutabiles:*
Propria WELSCHII,
Sella SCHÜTZII.
Sella SCHMIDTII, et STARKE v. cl.
Sella fulcimentis capitis mobilibus, venerandi mei PARENTIS.
Sella recentiſſima Cl. OSIANDRI.
2) *In lectum mutabiles:*
Sella STEINII, v. cl.
Sella ad modum *Steinianae*, articulata cl. REUSSII.
II. *Sellae Deuenterianae*, i. e. foribus lateralibus inſtructae.
1) *In lectum non mutabiles:*
Sella VÖLTERI,
— DEVENTERI propria.
— FRIEDII patris,
— THEBESII,
— HAGENII.
2) *In lectum mutabilis:* SOLINGII.

* * *

Sella puerperalis J. CAROL. WHITE.
— *chirurgica vniuerſalis* G. ARNAUD.

C. Lectiſellae: SIEGMUNDAE.

D. Tabulae et menſae obſtetriciae:
Scamnum veterum ARABUM.
Tabulae obſtetriciae vv. cll. RÖDERERI, BAUDELOCQUII, W. HUNTERI LOWTHERI.